

一

卷之三

de quatuor scrib⁹ patriarchalib⁹





C-64-2 10-6 41-2

1-2

Digitized by srujanika@gmail.com



2

FLOSCVLVS
DE CLERICORVM
ET SACERDOTVM EXCEL-
LENTIIS, ET ALIIS QVAE AD EORVM
vitam, statum, & honorem pertinent.

AUTORE DIONYSIO PAVLO LOPIS VALEN-
tino, viuisq; Iuris Doctore Bononiense.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVE,
rendissimum Dominum, D. Ioannem Riberam, Antiochenum
Patriarcham, & Archiepiscopum Valentinum.



VALENTIAE,
Ex Typographia Societatis Bibliopolarum:

1588

DE CIBRICORVM

ET CIBICORVM HISTORI

ATQ[UE] CIBICORVM HISTORI



15956786

ALIMENTA

ET CIBICORVM HISTORI

15956786

APP R O B A T I O.



Ibrum, (cui titulus & inscriptio est: Flosculus, de Clericorum & sacerdotum excellentijs, & alijs quæ ad eorum vitam, statū, & honorem pertinent) quæ doctissimus & egregius, I. V.D. Dionysius Paulus Lopis Valentianus edidit, vidi & perlegi de mandato & commissione Illustrissimi ac Reuerendissimi domini mei Patriarchæ & Archiepiscopi Valentini, Ego Lucas Ioannes Myro. I. V.D. & in celeberrima Valentia Academia Iur. Pontificij Publicus interpres. Et quia continet materiam pulchram, piam, ac sacræ theologiae, & sacris canonibus, vniuersalium conciliorum, ac summ. Pontificiū Decretis conformem: & ne res publica hac utilitate careat, & præfatus doctor & autor suis vigilijs, lucubrationibus, sudore ac laboribus fructetur, ut lissimum esse iudicauit, vt in lucem prodeat, & typis madetur & excudatur. Datum Valentia die, 24. Decembris, anno a Christo nato, 1587.

Lu. Io. Myro. I. V. D.

Licentia.

Nos Don Ioannes de Ribera, Dei & sanctæ sedis apostolicae gratia, Patriarcha Antiochenus Archiepiscopus Valentinus, ac regius consiliarius, &c. Tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus, & impartimur, imprimendi & vendendi quendam librum, intitulatum, Flosculus de clericorum & sacerdotum excellentijs, & alijs quæ ad eorum vitam, statum, & honorem pertinent, in lucem editum per Dionysium Paulum Lopis, I. V. D. quemquidem librum, Doctor Lucas Ioannes Myro de mandato nostro vidit & examinavit. Illumq; adeo utile, & nihil contra religionem Christianam continentem iudicauit. In quorum fidem, præsentes nostro nomine & sigillo munitas, ac per notarium infra scriptum referendas, iussimus, concedendas. Datum Valentia. Die. 2. Mensis Martij, anno Domini, M. D. Lxxxviii.

El Patriarcha;

Vidit Frexa.

De mandato Illustrissimi ac Reuerendissimi
Domini mei, Patriarchæ & Archiepisc.
Valentini, Gregorius Diaz, Notarius,
& Secretarius.

APPROBATIO.

EGO Hieronym⁹ Pasqual a Bonāça Miles iuris vtriusque
que doctor, & de consilio suæ maiestatis, ex manda-
to & cōmissione suæ excellētiæ, vidi & recognoui, quā-
ta potui & debui diligentia, hoc opus, quod Flosculus
de sacerdotum & clericorum excellentijs, & alijs quæ
ad eorum vitam pertinēt, inscribitur, (autore Dionysio
Paulo Lopis Valētino, iuris vtriusque doctore) summa
& varia doctrina & eruditione, christiana qz pietate re-
fertum, in quo nihil inueni quod mores labefactaret,
aut pias aures offendere. Quin potius dignum censeo,
quod typis excudatur, & in omnium manus veniat, quo
iuris studiosi excitentur. Datis Valentiae, die 18. Ianua-
rii. 1588.

Hieronymus Pasqual
a Bonança.

Vidi

Lo Rey, e per sa Magestat.

DO N Francisco de Moncada, Compte de Aytona, y de Osona, Viscompte de Cabreia, y de Bas, gran Senescal de Arago, Lloctinent, y Capita general en lo present Regne de Valencia. Per quant Dionis Pau Lopiz Doctor en cascun dret, de la present ciurat, nos ha humilmet supplicat, fos de nostra mierce donar, e concedir licencia y facultat, peraque por lo temps a nos ben vist puga fer imprimir ell tan solament un libbre intitulat: *Flosculos de clericorum, & sacerdotum excellētijs, & alijs quæ ad eoz vitā, statū, & honorē pertinēt, autore Dionysio Paulo Lopiz valētino, & iuris ytriusq; doctore Bononiensi.* En nos attes que la obra es util y profitola, y de molt bon exemple, y que pera dit effecte, te licencia del ordinari, ho hauem tengut perbe en la manera infra scrita. Perço per tenor de les presents, expressament, y de certa sciētia, per la real auctoritat de q viau dona, cōcedim y otorga llicēcia, permis, y facultat aldit Micer Dionis Pau Lopiz, peraque aquell la persona q son poder vindra, y no altra alguna per temps de deu anys, del dia de la data d la present nostra e real llicēcia en avāt cōtadors, puixa imprimir e o fer imprimir dat libbre, y vendre aquell publicament en la present ciutat y Regne, de Valencia, per tot lo temps dels dits deu anys, sens encorimēt de pena alguna, sots pena que si algu dins lo dit temps intentara de fer lo contrari, encorregà en pena de perditió dels tals libbres, y de cent florins de or de Arago, als reals cofrents applicadors, y dels bens dels contraficients irremissiblement exigidores. Dient perço, y manam a vniuerses y sengles officials, e subdits de la prefata real Magestat dins lo present regne cōstituents y cōstituhibors, al qual o als quals les presents peruendran, y en qual seuol manera seran presentades, que la present nostra e real licencia guarden, y obseruen, guardar y obseruar facen inuiiolablement, si la gracia de sa Magestat tenen chara, y en pena de cinch cent florins de or, de Arago als reals cofrents applicadors segons de sus es dit desijen no encorreg. Dat en lo Real palacio de Valencia a vint y nou dies del mes de Febrer, Any, M. D^e LXXXVIII.

El Conde de Aytona.

Vudit Pascual, Reg.

Vudit Viues Fisci
Aduoc.

Guillelmus Nicolaus Dehoma.

In diuers. xlviij. fol. ccxiiij

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DO-
MINO D. IOANNI RIBERAE, PATRIARCHAE AN-
tiocheno, & Archiepiscopo Valentino meri-
tissimo, Dionysius Paulus Lopis Valen-
tinus, & iuris utriusque Bononiensis
sis doctor, summam felici-
tatem exoptat.




V M ad triumphantem ecclesiam, Illustrissime ac Reuerendissime Patriarcha, manipulos esse por-
tandos propheta regius doceat, hinc recte me fa-
cturum existimau, si ad hanc militatem, (quæ ad exemplar illius ædificata est) manipulum aliquem, flosculum videlicet de cle-
ricorum & sacerdotum excellentijs, & alijs quæ ad eorum vitam, statum, & honorem pertinent, (vt tenuis posset mea facultas) adducere. Cum autem ne-
mo salutet principem absque aliquo dono, & moribus receptum sit, edendos libros alicui viro, nomine & re-
perillustri dedicandos esse: dignissimum iudicau, suscep-
tum hunc literarium labore, ad aliquam Illerdensis,
Salmaticensis, & Thessalonicensis, seu Bononiensis stu-
dij mei rationem reddendam, ad otium fugiendum, ac
deni-

denique ad dignitatem stat⁹ ecclesiastici cōmendandā,
in illustrissimo tuo nomine apparere. Ad hoc enim me,
tum institutum libelli, tum vtraque excellens ecclesia-
stica tua dignitas, coegerunt. Subiecta namque tra-
ctatus materia, religionem defendens, tibi debetur, vel
propter Patriarchalem videlicet tuam Antiochenam
ecclesiam, primam illam beati Apostoli Petri sedem,
in qua discipuli Domini primum religiosissimum chri-
stianorum nomen sunt consequuti. Est præterea illa
in dedicando opere manifesta ratio, quia vltra notissi-
mas virtutes, quibus religiosissimi nomen tibi compa-
rasti, Archiepiscopus etiam noster es meritissimus, ut
ita, sicut operis autor secundum decreta patrum, assu-
mendo ecclesiasticum habitum, tuus est: tuus etiam sit
illius tractatus, cūm secundum iura, accessorium natu-
ram sequi debeat sui principalis. Duo præterea ex hac
iusta dedicatione sequentur, primum quod lucerna hęc
mea, ad honorem ecclesiastici status accensa, super cā-
delābrum altissimi tui nominis posita, elucebit magis,
pluribusque vtilior, & vsu magis accommodata cōsta-
bit; secundum, quod isto medio, ab inuidis detractori-
bus, liber iste, liber erit, cūm de iure, tuus ille sit, cui au-
toritatē impartiris. Suscipe igitur, Illustrissime ac Re-
uerēdissime Præses, munusculum istud licet exiguum,
(vt spero) hilari animo, vel exēplo Domini motus, qui
cūm facundiores, maiora in gazophylacium offerētes
cerneret, pauperculę tamen mīnuta duo, cūm magis of-
ferre non posset, summe laudauit. Vale antīstitūm exē-
plar, & huius Valentinę ecclesiæ decus, & ornamentū.
Valentiæ, 19, Iulij, anno Dñi, 1588.

Ad pium lectorem epistola.

Vitis aliquibus considerationibus motus, & tua benignitate consilus, charissime lector, ausus fui, tractatum istum typis mandare. Curaui autem in eo (divina favente clementia) honorem clericorum & sacerdotum defendere, quia his potissimum temporibus, visa fuit materia, nedium opportuna, sed tan me necessaria. Illud vero à te ardentissime animo postulo, quod si in presentilibro aliqua inuenies, quae ad religionis cultū, præcipueq; ad ordinis ecclesiastici honorē, & excellentiam expectent: illi gratias agas, qui mehi licet indignissimo, ut ista scribere possem, cōcedere dignat⁹ est. Quod si reperta fuerint aliqua, inferiori stylo, & minus ornata scripta, caute prius considerans duorum insignium Iurisconsultorum approbationis testimonia, quod meum imperfectum, intelligas: non cupiditate nocendi, sed charitate consulendi, emendabis. Sic enim sequendo Beati patris Augustini admonitum, talis eris in scriptis aliorum, quales desiderabis esse lectores tuorū.
Bene vale.

Proœmium.



N T E Q V A M Iuris-
consultus ille Papinia-
nus, trigesimum septi-
mum aetatis annū im-
pleret, siccq; vitæ cur-
sum perageret, vt ē no-
stris referunt Guliel-
mus Benedictus, in c.
Raynuntius, verb. &
vxorem, decisione. 1.
num. 2.de testamentis.

& Jacobus Menochius in tractatu de recuperan-
da possessione. remedio. 9. num. 354. & seqq. tam
accutē de iure respondit. ad. 5. responsa. instit. de
iure naturali gentium & ciuili: vt merito ab Impe-
ratoribus, vir prudentissimus. & accutissimi ingenijs
appelletur, in. 1. cūm virum. &. 1. cūm accutissimi.
C. de fideicommissis. & tangit de eo loquens Cate-
lianus Cotta. in memorabili dē iurisperitis. & Hiero-
nymus Vertuti⁹ in descriptione iurisconsultorū.
Hac autē famosissimo viro, & maiora quidem epiz-
theta debentur, vel ob solam notabilem illam sen-
tentiam libri. 9. quæstionum, qua dixit, summā esse
rationem, quæ pro religione facit. Habetur in. 1. sunt
personæ. ff. de religiosis & sumptibus funerum.

* Hac siquidē notabilis sententia moti plures pīs

A simi

2

2 PRO E M I V M.

simi viri suscepérunt scribere copiosos de hac re tra-
 ctatus, de potestate Papæ, de Romanæ Sedis ori-
 gine, & autoritate, de Patriarchali præstantia, de
 Cardinalibus, de Episcopis, & alijs multis similib⁹.
 Sciebant enim quodd non ipsis solis nati erant, nam
 ortus nostri, partem patria vendicat, partem amici,
 vt dixit Cicero Officiorum. 1. text.in.l.1.§. generalis-
 ter, & ibi, gloss. verb, reipublicæ. ff. de ventre in pos-
 sessionem mittēdo. Sensit Apostolus ad Romanos,
 c. 1. ibi. Grecis ac barbaris, sapientib⁹ & insipiētibus
 debitor sum. & ecclesiastic⁹ in. c. 24. ibi, nō soli mihi
 laborauī, sed omnibus exquirētibus veritatem. Nā
 licet nobis necessaria est vita nostra, alijs fama no-
 stra, teste beato Augustino relato, in.c. non sunt. u.
 q. 3. & cūm timendum sit euangelicum verbum de
 talento abscondito, Matth. c. 25. & Luce. c. 19. ex quo
 Albericus in proœmio C. nu. 2. Baldus in prefatio-
 ne ad proœmium Decretalium, nu. 3. & Iason in pre-
 ludijs Feudorum in princ. vers. verum. dicebant
 semper esse aliquid posteritati relinquendum; hinc
 factum est, vt licet librorum compositio, res sit qui-
 dem sudoris, & vigiliarum, libenter tamen magnum
 illum suscepérunt laborem, vt in maxima etiam re,
 quietem alijs catholicis viris ex scripturis suis, & tra-
 ctatibus præpararent; vt in simili dixit Pontifex, in
 c. 1. vers. & propterea de restitutione spoliatorum, in
 c. Imperator in auth. vt diuinæ iussiones, in princ.
 gloss. verb. generali. in. c. bone. lo. 1. de postulatio-
 ne prælatorum, & Hippol. de Marsi. in pract. crimi-
 nali, in prin. * Eos etiā ex spe premij inductos fuisse,
cre-

PROOEIMIVM.

3

credendum est, iuxta illud, Psalmi. 118. Inclinaui
cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æter-
num propter retributionē, & Concil. Trident. ses-
6. in decreto de iustificatione. c. 11. in fin. & in cano-
ne. 26. & 31. ibid. Nam vel Cicerone teste in Somno
Scipionis. col. 2. omnibus qui patriam conseruaue-
rint, adiuuerint, & auxerint, certus est in coelo cōsti-
tutus locus, vbi beati sempiterno æuo fruantur, &
meminit è nostris Andreas Barbatia, quem allegat
Bartholomeus Chassene⁹ in Catalogo gloriæ mū-
di. part. 10. consideratione. 21. circa mediū, quia bo-
norum laborum glorioſus est fructus, ut legitur
Sapientiæ. c. 3.

כט כט כט כט כט

* Ad similitudinem etiam superiorum autorum, motus ego Dionysius Paulus Llopis, valentinus, iuris utriusque Bononiensis Doctor, diuino prius implorato praesidio, a quo omne datum optimum, & perfectum donum procedit, ut ait Jacobus Apostolus in catholica epistola, c. 1. Bonifacius Papa in, c. quā pio. 1. q. 2. glott. 1. in, l. 2. ff. de legibus, & Conc. Trident. sess. 2. in principio, pposui aliqua tractare, que ad religionem expectent, videlicet, de excellentijs sacerdotū, & clericorum, & alijs quae ad eorum vitam, statum, & honorem pertinent, & ex diuersis, tum Bibliorum, tum sacrorum Canonum, & doctrinum locis, quendam facere ecclesiasticis, & secularibus odoriferum flosculum.

4

* Ad hoc verò ut tractatum istum ederē sub flosculi nomine, ultra quod flores quædam præmissa solent esse fructuum, & ipsa flosculi varietas dele-

5

etet: Mouit Baldus noster (antea medicus, & medici filius, ex Tiberio Deciano in apologia pro iuris prudentibus contra Alciatum, c. 12. nu. 32.) in c. cum causam. lo. 1. nu. 7. de testibus dicens, in odoribus multa consistere nobilia, & confortantia cor hominis; allegando philosophum dicentem, quod odoratu rehicitur anima in secretis secretorum, cum alijs quae de laude florum & odorum tradit Chasseneus in. d. Catalogo gloriæ mundi, part. 12. considerat. 94, vt sicut alibi laus est miscere vtile dulci, itain simili hic non displiceat, vtile, odorifero miscuisse.

* Faciat autem modo omnipotens Deus per magnam misericordiam suam, vt duo illa christianorum genera, clericorum & laicorum, de quibus ex beato Hieronymo habetur in. c. duo sunt, 12. q. 1. Sic in odorem istorum salubrium florum currant, dictoq; flosculo, ad augmentum Christianæ religionis, cum charitate vtantur: vt in posterum Domini sacerdotes, immaculatam, excellentemq; Sacerdotij dignitatem, considerantes, ipsi prius, (vt iudicium a domo Dei incipiat, 1. Petri. c. 4. hoc est a sacerdotibus. c. & purgabit. 50. distinct. & Conc. Trid. sess. 1. ibi ad reformationem cleri, & populi Christiani, arguendo ab ordine literæ) vitam & mores componant, & cunctum populum cui præsident, conuersatione, sermone, & scientia præcedant, ex eodem Hieronymo in. c. qualis. 8. q. 1. & Concilio Tridentino. sess. 22. de reformatione. c. 1. * vt ita laici, antiquam illam deponant in clericos infestam, & odiosam naturam, de qua in. c. laicos, &. c. laici, 2. q. 7. c. clericis.

ricis, de immunitate ecclesiarum, in. 6. tangit gloss.
 verb, captus, in fin. in. c. presbyter, 81. dist. Specula
 tor titul, de inquisitione. g. 2, nu. 12. Iason in rubr.
 de officio eius cui mandata est iurisdictio. nu. 2. Ti-
 raquellus, in. l. 5. cōnubiali, nu. 28. & Petrus Rebūf-
 fus in concordatis Galliæ, in rub. de protectione
 cōcordatorum, in glos. verb. Leo, in vers. imo etiā.
 Denique vt ita clerici, & sacerdotes, dignè & lauda-
 biliter, religiosum quod habent officium, exerceat,
 vt laici vel coacti, temerariam in ipsos linguam, &
 manum refrenent, reuerentiamq; illis debitam, &
 honorem impendant.

* Mouit præterea, vt suscipere hanc sacerdotalē
 lem materiam, quod cum considerasset iurium quā
 didisci facultatis excellentiam, ex ijs quæ tradunt
 Andreas Alciatus, Vldaricus Zazius, & Ludotius
 Gomes in orationibus de iurisprudentiæ laudi-
 bus, Chasseneus in. d. catalogo. part. 10. considera-
 tione. 17. cum seqq. & Andreas Gammarus in trac-
 tatu, de veritate, & excellentia legalis scientiæ: inter
 alia ad meum propositum considerauit, quod pro-
 fessores iurium, sacerdotes appelletur. in. l. in prin-
 cip. ff. de iustitia & iure, vbi gloss. in verb. sacerdo-
 tes, eam alsignat rationem, quod sicut sacerdotes
 dicuntur, quia sacra ministrant, ita etiam professio-
 res iurium sacerdotes dicuntur, quia circa leges ver-
 santur, quæ sacratissime dicuntur. l. leges sacratissi-
 mæ. C. de legib; & de triplici sacerdote in iure agit
 Odofredus in. d. l. 1. nu. 9. & in. l. si quis in con-
 scribendo, nu. 2. C. de episcopis & clericis, & in l. l.

C. de naturalibus liberis, & de interiori & exterio-
ri sacerdotio agit Senonense Concilium, in decretis
fidei. c. 10. §. de sacramento ordinis. to. 5. concilio-
rum. pag. 223. Catechismus ad parrochos. tit. de or-
dinis sacramento, in vers. Sed quoniam. & Frater
Antonius Paganus in tractatu de residentia Episco-
porum, in sectione. 1.

* Vnde tractando istam sacerdotalem materiam,
non poterit mihi obijci, quod manum mitto in mes-
sem alienam, quod esset reprehensibile. l. culpa. ff.
de reg. iurist. quia in iure nostro, est rubrica. C. de
Episcopis, & clericis, cuius secunda pars, est thema
meæ disputationis.

* Quanto magis, quod dato sed nō cōcesso, quod
hæc materia omnino ellēt de aliena messe, solum in
eam prohiberetur mihi falcem mittere, non autem
manu spicas cōterere, & manducare, ut legitur Deu-
teronom. c. 23. in fin. transumptiue. in. c. ieriptū est,
6. q. 3. & in. c. discipulos. de consecrat. distinc. 5. &
hoc est propositum meum in præsenti discursu.

Quāmuis enim messem huius altæ, & profunde
sacerdotalis dignitatis materiæ, eminentissimis vi-
ris, literis, & religione facundissimis, dominis theo-
logis, tanquam in eare, veris proprietarijs, relin-
quendam esse cognoscam, qui pro rei qualitate, sa-
cerdotalem honorem, cōpetenter deffendent: qua-
tenus tamen, imbecilli ingenij mei qualitas patitur,
& talentum, qualequale habeo in hac iuriū facul-
tate, (per Dei tamen bonitatem acceptum) nō abs-
condam in terram; spicas tantum colligens, & ve-

ab. 3

A

luti

luti superficiariē, (ne verbosus sim in multitudine presbyterorum, ecclesiastici, c. 7.) aliqua in materia tractans, quasi venationē mouens, alteri doctiori, & magis idoneo qui eam capiat indicabo, arg. §. illud, cum materia instit. de rerum diuisione,

* Et ideo quamvis denegata essent huic meo operi, notabilia priuilegia, quæ propter maximos labores, compositioni librorum tribuunt passim iura, & obseruant Doctores, iux. tex. in. §. nec sine. in proœmio Sexti, & ibi glos. verb, laboribus, & maxime, quod componēs librum, alijs in electionibus præferatur, examinari non debeat, cūm habeat publicā ciuitatis vocē, & alia, vt aduertunt Chasseneus in catalogo gloriæ mundi, part. 10. cōfid. 28. Pet. Reg. buf. in tract. de nominationibus, q. 21. ex. nu. 48. & Carauita super ritibus magnæ curiæ, ritu, 101. nu. 6. & licet etiam non procederet in hoc opere, beati Hieronymi dictum, à Tiberio Deciano relatum, in apologia pro iurisprudentibus, c. 13. nu. 15. quod nulus liber tam malus est, qui ex aliquo prodesse non possit, cūm melior sit in malis etiam factus, humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. c. iniunctū, ii. q. 3. * adhuc tamen non videbitur mihi paruum premium ex suscepito labore comparasse, quādo aliquis famosus vir, præsens hoc meum opus imperfectum considerans, ad cōmunem vtilitatem emendet subtiliter, & laudabilior sit me, qui pri⁹ ad-inueni, iux. l. i. verl. nā qui. C. de vetere iure enucleādo, nam exemplo diui Augustini ediscere paratus sum, iux. c. si habes, 24. q. 3. c. nullus episcop⁹, 38. dist.

1. apud

P R O O E M I V M.

I, apud Julianum. ff. de fideicōmissarijs libertatib⁹.
 Vita enim breuis est, ars verò longa, vt ex Hippo-
 crate refert Baldus. in. l. si duobus, nu. 6. in fn. C.
 cōmunia de legatis, ex quo meritò dixit Plato. libr.
 " 29, de anima, quod tunc morimur, cùm incipimus
 " sapere, & post multos años, & magna studia idē
 sentierunt Thcophraſtus, Socrates, & Apuleius,
 de quibus meminit Cardinalis Zabarella in. c. n̄i
 cūni pridem. §. pro defectu, nu. i. de renūtiatione,
 & hac consideratione motus Ioannes Hugo, traſta-
 tum suum de officio quatuor prælatorum, lectori
 emendandum subiicit. in prologo. nu. ., vt laudabi-
 lior emendans sit, eo qui prius adinuenit.

* Sed antequam propositam agrediar materiam,
 13 consulte ut catholicus Christianus confiteor, pro-
 testorq; me tenere & credere fidem catholicā, quā
 docet, tenet, & prædicat sancta, catholica, & apo-
 stolica Ecclesia Romana, & quidquid credo, ideo
 credo, quia credo ecclesiam sic credere, cui me li-
 bentissime cum toto opere subiicio.

Quo præmisso, humiliter confiendo de miseri-
 cordia Domini nostri Iesu Christi, de sacratissimè
 virginis & matris Mariæ gratia, & de patrocínio
 beatorum Petri, Pauli, Dionysij, Yuonis, vtriusq;
 Vincentij, & totius coelestis curiæ, ad rem
 ipsam in duas partes pro facilitiori
 methodo diuīsam; ac-
 cedamus.

P A R S

I

P A R S P R I M A

FLOSCVLIS DE CLERICORVM,
 & Sacerdotum excellentijs, & alijs
 quæ ad eorum vitam, statum,
 & honorem pertinent,

*Initium sacerdotium cōmendat, & magnam deliberationem
 in eo conferendo & recipiendo requirit.*



A C E R D O T I V M
 publicam & cōmu-
 nem respicere utilita-
 tem, aperte constat
 ex beato Isidoro, in
 libr. 5. ethimologia-
 rū in c. 8. à quo sum-
 ptit Gratianus in c.
 ius publicum, distin-
 ctione, 1. in illis ver-
 bis, ius publicum est

1

"

in sacris, & in sacerdotibus. quod multò antea di-
 xerat Vlpianus, lib. 1. institutionum. & habetur
 in. 1. 1. §. huius studij, ff. de iustitia & iure, cum ibi
 notatis.

"

"

* Hinc sapiētissimus ille Græcorum Plato, sic
 acclamatus à Pontifice, ut legitur in. c. dilectissi-
 mis, vers. denique, 11. q. 1. vt declarat Forcatulus
 in tractatu de occulta iurisprudentia, in dialogo.
 37. nu. 4. in fin. (qui aliqualē nostræ, & veræ fidei
 cognitionem habuisse videtur, ex ijs, quæ post di-

2

B uum

uum Augustinum, de ipso referunt Frater Philip-
pus Bergomensis, in supplemento chronicarum.
lib. 5. fol. mihi. 85. vers. Plato, & Guliel. Benesi-
ctus, in c. Raynuntius, verb. mortuo itaq. lo. i.
nu. 261. de testamētis,) cūm optimæ & bene gubernatæ
Reipublicæ præceptor magnus, & institu-
tor fuerit: passim in suis operibus, & maxime in
libro de regno, hanc sacerdotij curam, commen-
dauit.

3 * Aristoteles etiam. (cuius dicta, tanquam in-
tellectus fontem leges sequuntur, vt post Bald. in
l. fin. nu. 9. in fine. C. de fideicommissarijs liberta-
tibus, obseruauit Tiraquellus in tract. de præscri-
ptionibus. §. 1. gloss. 4. nu. 1.) eandem sacerdo-
tij curam, summis celebrat encomijs in suis poli-
ticis, maximè, in lib. 6. c. fin. & in lib. 7. c. 9.

4 * Denique nulla fuit tam fera, & barbara na-
tio, quæ suo intelligendi modo, sacerdotium non
commendauerit, vt tangunt sanctus Antoninus
in summa, p. 1. tit. 1. c. 2. §. 4. vers. tertium no-
tum. Marcus Antonius Marsilius de redditibus
ecclesiasticis. c. 17. omnino videndus, & catechis-
mus ad parochos. tit. de ordinis sacramento. in
vers. his igitur, circa medium, quinimò apud an-
tiquos, eundem fuisse & regem, & sacerdotem ex
beato Isidoro constat, relato in. c. clerros. vers. nā
maiorum, 21. distin. tangit Didacus Couarruicias
in prefatione, ad clemētinam, si furiosus. de homi-
cidio. Frater Antonius Paganus Venetus in tra-
ctatu de ordine, iurisdictione & residentia Episco-
porum

porum, sectione sexta, in principio, & latius Iudoc
cus Clichthoueus doctor theologus in tractatu
de vita & moribus sacerdotum, in, c. 1. &, 2. &
Marsilius vbi sup. ad quos remissile sufficiat, sine
alia allegatione. Nam licet erubescimus, dum si
ne lege loquimur, s. consideremus, in authent, de
triente & semitie, infirmitas tamen intellectus est,
allegare iura, vbi res ad sensum patet, ut ex Arie
stotele, lib. 8. physicorum. c. 3. refert Antonius
Gomes in, 3. tomo variarum resolutionum, c. 3.
nu, 29. facit, l. 1. ff. de in integrum restitutione, cu
ibi notatis.

* Vnde pater misericordiarum Deus, cuius mi
serationes super omnia opera eius. Psal. 144. pro
hac publica, & cōmuni omnium vtilitate, sacerdo
tes esse, omni tempore voluit, vt habetur in Conci
lio Tridentino, sess. 23. in princ. c. 1. ibi, in omni
lege extiterit. In lege namque naturae, primogenit
ti erant sacerdotes, vt de Melchisedech patet Ge
nesis. c. 14. in lege Mosaica, Aaron & filij eius co
stituti fuerunt sacerdotes, vt patet Exodi. c. 40. in
lege autem gratiae, sacerdotes esse, notorie constat.

* Maximus namque cœlestis ille legislator do
minus Iesus Christus, iuxta psal. 9. vers. cōstitue,
& Concilium Tridentinum sess. 6. de iustifica
tione, in canone, 21. (cum nullus ei similis in legis
latoribus. Iob. c. 36.) de summis cœlorū, ad ima
mundi descendens, salutiferam legem condens,
in sacratissima illa cœna, qua corpus suum, disci
pulis tradidit, eos sacerdotes instituit dicens, Hoc

facite in meam commemorationem. Lucæ c. 22,
 quod ita intelligit Tridentinum Concilium. sess.
 22. in princ. c. 1. & ibidem in canone. 2. de sa-
 crificio Missæ. ex quo reprehēdendus est Chasse-
 neus in catalogo gloriæ mundi. part. 4. conside-
 ratione. 2. in princ. dicens, institutos esse sacerdo-
 tes per illa verba, Ite in vniuersum mundum. Me-
 lior enim fuit Petri opinio, ut per gloss. final. in. c.
 in Christo semel, de consecratione. distin. 2. cùm
 fuerit per dictum Conciliū approbata, & de insti-
 tutione sacerdotum. vide Senonense Concilium
 in decretis fidei. c. 10. §. de sacramento ordinis. to-
 mo. 5. Conciliorum. pag. 223. de qua tangit Re-
 doanus. de Simonia mentali. part. 1. c. 8. nu. 4. &
 Ioan. Lopez de Palacios. de ecclesiastica libera-
 te. part. 2. quæst. 12. nu. 4. & quis primo fuerit
 ordinatus sacerdos. tangit Bertachinus in tracta-
 tu de Episcopis consummatissimis in præludijs.
 nu. 3. & qualis & vnde fuerit sacerdotij origo. tra-
 dit Ioan. Hugo in tract. de officio quatuor præ-
 latorum. in prologo. vers. habent. nu. 2. & 4.

* Ex quo ecclesia catholica romana, nunquam
 à tramite apostolicæ traditionis discedens. c. à re-
 cta. c. in sede. 24. quæst. 1. & Concilio Tridenti-
 no. sess. 13. in princ. vers. itaq; eadem, tanquam
 sponsa Christi pudica & incorrupta. c. loquitur
 in fin. c. omnibus. eadē causa, & quæst. prædicū
 domini sui sponsi. c. debitum. de bigamis. vestigia
 sequens, semper ante oculos sacerdotalem
 materiā habens, passim super ea notabilia decre-
 ta edis

ta edidit, & sanctissimas constitutiones sanxit, vt
vbi maius periculum versari cognouit, iux. c. cùm
sit ars artium regimen animarū, de ætate, & qua-
litate, & ordine præficiendorum; ibidem cautiùs
ageret, iuxta.c. vbi periculum, de electione, in. 6.

* Vnde ipsa vniuersalis ecclesia, tāquam caput,
& in plenitudinē potestatis cōstituta, cœteris par-
ticularibus ecclesijs, in partē solicitudinis vocatis,
c. qui se scit, 2. q. 6. c. multū stupo, vers. vices. 3. q.
6. exemplū præbet, vt in eadē sacerdotali materia,
cōgruentes synodales, & prouinciales regulas fa-
ciāt, & in hoc prout in cœteris, voluntatē matris
earū, adimpleāt, iux. c. non decet à capite mēbra
discedere, 12. distinct, & Concilium Tridentinū
sess. 25. de delectu ciborum, vt ita intelligas locū
S. Clementis lib. 6. apostolicarum constitutionū
c. 14. in illis verbis, quibus vniuersalis Episcopat^{us}
creditus est, & locum, S. Eleutherij etiā Papæ
in epistola ad Galliæ prouincias, ibi. Huius rei gra-
tia vniuersalís vobis à Christo Iesu commissa est
ecclesia, & tradit Franciscus Turrianus ex socie-
tate nominis Iesus in explanatione, ad. d. c. 14. Cle-
mentis, & habetur in tomo. 1. Conciliorum, pag.
mihi. 229. & seq. earum autem cōstitutionum pro-
miscue, tam ex corpore iuris cōmunis, quam vni-
uersalibus, prouincialibus, synodalibusq; Conci-
lijs, & decretis pontificū, aliqua notabiliora quæ
visa sunt loca adducens, varijs considerationibus
pro tenui facultate decorabo, vitam, statum, &
honorem sacerdotalis dignitatis cōmendans.

B ; In pri^z

* In primis autem, cūm vitæ hominum mutatio facilis non sit, vt à principio respues oblatum famosum romanorum regnum sensit Numa Pōpilius secundus Romanorum rex, teste Philippo Bergomense in supplemento chronicarum, libr. 4. fol. mihi. 66. & sensit Imperator. in. §. lancim⁹. in auth. de monachis. & gloss. verb. congrue. in c. reperiuntur. de pœnitentia. distinct. 3. & sacerdotes seu clerici, (legitimo & canonico modo, & non calcata reuerentia ecclesiastice disciplinæ. c. quid proderit. cum seqq. 61. distinct.) ex laicali sta-
 tu, in sortem, & hæreditatem domini vocentur,
 iuxta illud apostoli ad Hæbreos, c. 5. ibi. ex ho-
 minibus assumptus facit. c. cleros. 21. distin. l. non
 distinguemus. §. sacerdotio. ibi. sacris vacare. ff.
 de arbitris. l. prætor. ibi. sacerdotium nacti. ff. de
 vacatione munera. authent. presbyteros. vbi
 gloss. verb. clericos. C. de Episcopis & clericis.
 & Concilium Tridentinum. sess. 22. de refor-
 matione. c. 1. & c. cūm secundum. de præbendis.
 et Tiraquellus in tract. de iure primogenitorum.
 quæst. 17. in. 1. opinione. nu. 8. et. 9. vt tantum et
 admirabile euangelicum sacerdotium debita re-
 uerentia sumant, meritò statutum fuit. in ecclesia
 Dei, ne statim illud accipiant, ne parui habeat sa-
 credotes datū, quod non suspirarūt prius dilatū,
 vt in simili considerabat diuus Augustinus, habe-
 tur in. c. institutum. 27. q. 2. et Ioannes Neuizan-
 sis in Sylua nuptiali. lib. 2. num. 112. vers. dicunt
 quod non præcipitet.

Sicut

* Sicut enim, quando datius ille non natius 10
homo Adam, ex Bartholo. in. l. iurisgentium. §.
& idem, nu. 2. ff. de pactis, comedendo vuam, po-
mum, vel fiscum, iuxta diuersas opinones, de qui-
bus, glof, in verb. videri, in. l. qui fundum. ff. de
verborum significatione, non soli sibi cū Eua cie-
tionem à parado comparauit, Genesis. c. 3. &
in. c. Adam. 40. distin. sed etiam posteritatem
suam, multis repleuit miserijs, Iob. c. 14. in princ.
et expressiū Concilium Tridentinum, session. 5.
vers. si quis nō confitetur, et vers. si quis Adæ præ-
uaricationem: omnipotens tamē & misericors do-
minus, redemptionem eius & humani generis, nō
statim cōcedere voluit, sed eam consulte (omissis
alijs circa cōpotum annorū opinionibus, de quib-
us Matheſillanus seu additio ad Singularia ip-
sius ante initium, & Couarruias lib. 4. resolutio-
num. c. 18, ex nu. 2.) per 3952. annos à creato mun-
do (vt Bedam sequar) distulit, ad hoc vt homo
eam redemptionē desiderans, tantū postea sciret
habere remedium, vt aduertit Glosa ordinaria in
epist. Pauli ad Galat. in c. 3. in verb. ordinata. vers.
magno Dei cōſilio: ita etiam à simili, cōſulte ecclē-
ſia catholica, sacerdotium non statim concedit,
sed per varios gradus, diuersaq; temporum inter-
ſtitia, illud confert, & diuerſitate sacrarum cere-
moniarum, & varietate temporum, ostiarium, le-
ctorē, exorcistam, acolithum, subdiaconum, dia-
conum, & sacerdotem facit, prout enumerando
ista nomina, & officia declarant, text. in. d. c. cle-

rōs, 21. distin. c. 1. distin. 25. & Concilium Tridentinum sels. 23. in princ. c. 2. & ibidem de sacramento ordinis. in canone, 2. aquisgranense concilium in. c. 1. cum seqq. sanctus Antoninus in summa, part. 3. tit. 14. c. 16. §. 9. Chal'leneus in d. catalogo, part. 12. consideratione. 32. Gulielmus Durandus in rationali diuinorum officiorum libr. 2. c. 1. ex nu. 50. cum capitibus sequentibus. & catechism⁹ ad parochos tit. de ordinis sacramento. vers. do-
 cendum, ut per hæc tempora, & interstitia ordi-
 nandus, acuratiū quantum sit huius rei pondus
 possit edoceri, ac in unoquoc⁹ munere se exercēs
 iuxta præscriptū Episcopi, ita de gradu in gra-
 dum ascendat, ut in eo, cum ætate vitæ meritum,
 & doctrina maior accrescat, maiorq⁹ erga supe-
 riores ordines, reuerentia cognoscatur. ut deside-
 rat sacram Tridentinum Concilium, ubi supr. &
 d. sels. 23. de reformatione. c. 11. * Sic enim fac-
 lius implebitur decisio, c. clericus. 2. q. 7. & text.
 in. c. à subdiacono. 93. distin. han reuerentiā ma-
 ioribus habendam ordinibus cōmendantis, cum
 alijs, quæ circa utilitatem interstitorum quoad or-
 dines tradit Gratianus, in distinct. 77. per totam
 omnino videndam, sicut enim nemo repente fit
 turpisimus, ita nemo repente fit summus, ut ha-
 betur in, c. si sermo meus, versic. è contrario, de
 pœnitent. distinct. 2. & tangit dominus Bernar-
 dinus Gomes Miedes Albarrasinensis episcopus
 in tract. de constantia. lib. 6. nu. 2. pag. mihi. 204.
 12. * Benefacit ad superiora canon Apostolorum
 79, Ni-

79. Nicenum primum conciliū, in canone, 2, alias
 c. 3. & Bracharense primum, in canone. 38. vbi or-
 dinatio clericorum, & sacerdotū statim fieri pro-
 hibetur, bonus text. de iure ciuili in authen, de or-
 dinatione episcoporum, & clericorum, in versic.
 qui cum, in illis verbis, & priusquā purgati sint,
 purgant, heri sacrilegi, hodie sacerdotes, heri ex-
 tra sacra, hodie præsules misteriorum, veteratores
 malitia, nouitij pietate. & text. in. c. 1. vbi glossa.
 verb, subito. 61. distinct. & per tot.

* Vnde notabiliter Sardicense Concilium in. c.
 13. dicebat, potest enim per has promotiones, que
 habebunt utiqz prolixū tempus probari, qua fide
 sit, quave modestia, qua grauitate, & verecundia,
 & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio il-
 lustretur. adhuc verba Concilij. & Zosimus Pa-
 pa in epistola. 1. ad Isichium dicebat, asuescat in
 domini castris, in lectorum primitus gradu, diui-
 ni rudimenta seruitij, nec illi vile sit exorcistam,
 acolithum, subdiaconum, diaconum per ordinē
 fieri, nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordina-
 tione temporibus, iam vero ad presbyterij fasti-
 gium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, &
 meritum probitatis, testimonia ante acta testetur,
 & refert Gratianus in, c. si officia, 59. distinct.

* Beatus etia in Gregorius à Gratiano relatus in
 c. fin. 48. distinct, ita dicebat, ordinatè ergo ad or-
 dines accedendum est, nam casum aperit, qui ad
 summi loci fastigia, postpositis gradibus, per ab-
 rupta querit ascensum. Scimus autem quod ædi-

C ficiati

- " fici parietes, non prius tignorum pondus acci-
 " piunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur, ne si
 " ante pondera quam solidentur accipient, cuncta
 simul fabricam ad terram deponant. Gratianus
 etiam plura ad hoc propositum cumulauit. in de-
 creto. i. quæst. 1. & maxime in. c. stote. vbi talia ad
 Episcopum Deodatum Gregorij Papæ leguntur
¶ verba. Estote ergo præcipue in ordinatione soli-
 liciti, & ad Sacros Ordines, nisi prouectiores
 ætate, & mundos opere, nullatenus admittatis,
 ne forte semper esse desinant, quod immaturé esse
 festinant.
 15 * Adest etiam ad superiora apertum apostoli
 Pauli testimonium. 1. ad Timotheum. c. 5. dicen-
 tis, manus citò nemini imposueris. cuius auctorii
 tate motus Leo Pontifex, ad Africanos Episco-
 pos scribebat dicens, Quid est citò manus impo-
 nere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tēpus exal-
 minis, ante meritum laboris, ante experientiā dis-
 ciplinæ, sacerdotalem honorē tribuere, non pro-
 batis? & paucis interiectis, idem dicebat Pōtifex.
 Si enim ad honores mudi, sine suffragio temporis,
 sine merito laboris, indignum est peruenire, & no-
 tari ambitus solent, quos probitatis documēta nō
 adiuuant; quam diligens, & quam prudens, habē-
 da est dispensatio diuinorum munera, & coele-
 stium dignitatum: quæ omnia habentur in decre-
 to. in. c. miramur. 61. distinct.
 * Eandem etiam interstitiorum, (seu graduum,
 gloss. verb. gradibus in. c. fin. 48, distinct.) consi-
 dera.

derationem habebat Iustinianus Imperator, dum
in authent. de sanctissimis episcopis, in. §. clericos,
diuersum sacris ordinibus tempus assignans, tri-
gesimum quintum annum, ad presbyteratum de-
tiderabat. Quod ad annum trigesimum restrinxit,
in nouella. in titul. cuius & tatis cleric⁹ fieri debeat,
& hoc antiqua canonica iura laudarunt, ea consi-
deratione, quod anno trigesimo Christus Domi-
nus baptizatus fuit, iuxta Conciliū Neocefariense
in. c. ii. habetur. in. c. presbyter. 78. dist. hodie vero
in Con. Trid. sels. 23. de refor. c. 12. diuersitas temporū
hoc modo statuitur, ut ad subdiaconatum, annus
vigesimalis secundus, ad diaconatum, annus vige-
simus tertius, & ad presbyteratum annus vigesi-
mus quintus requiratur: nemo enim repente fit
summus, ut supra dicebam. & exemplū latis aper-
tum dedit Dominus, dum Petrum & alios quos
vocauit, non statim, sed transacto tempore sacer-
dotes instituit.

* Hinc etiam est quod quamvis Domin⁹ Papa
solo verbo possit aliquem facere sacerdotem, scim
per tamen, ut tanti actus qualitatem, & excellen-
tiā ostendat, aliqua solemnia adiungit, ut tradit
Rebuffus in praxi beneficiorum, part. 1. tit. de cle-
ricis. nu. 9. & sic intellige Angelum & Innocen-
tium quos allegat Hieronymus Gigas in tract. de
pensionibus. quæst. 8. nu. 3. & Felin. in. c. 1. nu. 23.
de constitutionibus.

* Cūm enim tempore indigemus, ut aliquid ma-
turius agamus. I, 1. in fine principij ibi, nam inter

C 2 dum

“ dum locus vel tempus , non patitur plenius deli-
“ berandi consilium. ff. de exercitoria actione. c. pō-
“ deret. s. o. distin. & tradit Iacobus Menochius de ar-
bitrarijs iudicum causis. lib. 1. q. 19. nu. 5 . & 6. ideo
consultè fuerūt supradicta interstitia introducta,

¶ ex duobus potissimè . Primo ut quisquis sacerdo-
“ tium non ad elationis pompam , sed ad utilitatem
“ adipisci desiderat, prius vires suas, cum hoc quod
“ est subiturus onere metiatur, vt si impar est, absti-
“ neat; & ad id cum metu etiam cui se sufficere exi-
“ stimat, accedat, habetur in c. non est putāda, vers.
“ quisquis. 1. q. 1. glos. verb. minus idoneus, in fin.
in extrauganti execrabilis. Ioannis. 22. in tit. de
præbendis. in princ. tangit Clichthoueus ubi su-
pra. c. ii. Secundo, ut reuerendissimi episcopí in-
tra eadem tempora debitam admittendorum in-
quisitionem faciant, vt rite, & recte, titulum legū,
in authent. quomodo oporteat episcopos, & cæte-
ros clericos ad ordinationes perduci, & titulos ca-
nonum, vnum de temporibus ordinationum, &
alium, de ætate & qualitate, & ordine præficien-
dorum, cum ibi notatis, adimplere current. Quod
maxime hispanis episcopis, cōmendauit Innocē-
tius Papa in epistola. 24. ad synodum primam in
Toletana ciuitate constitutam. Res enim magnæ,
non nisi probatis viris sunt cōmittendæ. iuxta. s.
cumq; hoc. in procœmio institut. ubi Angelus. nu.
1. in fin.

i9 * Nam si in clericis corporis defectus notantur.
toto titulo, de corpore vitiatis, vt si quis cæcus fue-
rit,

Sacerdotum excellentijs. Pars. i.

21

rit, si claudus, si vel paruo, vel grādi, vel torto na
lo, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si al-
buginem habens in occulo, si iugem scabiem, si
impetiginē in corpore, vel herniosus sit, vt habeat
Leuitici. c. 21. & declarat Sanctus Gregorius in
pastorali, part. 1. c. ii. & transumptiuē in. c. 1.49. di-
stinct. Albertus Trotius in tracta. de perfecto cle-
rico. lib. 2. c. 16. requisito. 12. & Couarru. in Cle-
mentina. si furiosus. part. 1. in princ. nu. 5. & seq.
de homicidio: maior profecto inquisitio, magisq;
rigurosum examen in ijs quæ ad animum, & virtu-
tes ordinandorum expectant, exigi debet, vt Gra-
tianus pluribus adductis autoritatibus, ostendit
in decreto. distinct. 24. per totam maxime. in. c. Si
quando. & Concil. Trident. sess. 23. per totā ma-
xime. in. c. 7. toti enim clero iniuria fit, per recep-
tionem indigni ad clericatum, auth. sed necq;. C.
de episcopis & clericis. Cepolla in tract. de impe-
ratore militum diligendo. §. finali. nu. 5. & facit
text. in. c. 1. de obligatis ad ratiocinia. ibi, Eccle-
sia infamatur. quod dixerat Carthaginense Con-
cil. primum. in. c. 8.

22

23

24

25

* Præterea, si ad res sœculi, & mundi honores,
dignos & idoneos admittendos esse constat, vul-
gata, l. vt gradatim, ibi, si idonei sint. ff. de mune-
ribus & honoribus. Nam generalia verba restrin-
genda sunt ad habiles. l. 1. vbi gloss. 1. C. de sacro
sanctis ecclesijs. tradunt Iulius Clarus in pract. §.
testamentū. quæst. 5. & Tiraquellus de retractu.
part. 1. §. 1. gloss. 7. nu. 26. & sentiunt Couarruias

26

in, c. peccatum. part. 2. §. 7. de regulis iuris in, 6.
 Antonius Meneses in, l. cum quidam ex. nu. 15. ff.
 de legat. 2. & Ioannes Matienço in dialogo rela-
 toris & aduocati. part. 3. c. 8. ex. nu. 16. agentes
 de idoneo & digno eligendo: quanto magis ad sa-
 cros ordines, & ecclesiasticas dignitates, idonei e-
 runt eligendi: cùm hęc, illis, sicut aurum, plumbo
 sint prætantiora: c. solite de maioritate & obe-
 dientia, tradunt Ludouicus Molina in tracta. de
 Hispanorum primogenijs. lib. 2. c. 1. nu. 65. cum
 sequentibus. Sanctus Antoninus in summa, part.
 3. tit. 20. c. 2. §. 2. & Petrus Rebus in rubr. de
 electionis derogatione. in gloss. verb. idoneorę
 in concordatis Galliæ.

- 21 * Accedant ad hoc, text. in, c. cùm adeò. & ibi,
 gloss. de rescriptis. c. referente. in fin. de præben-
 dis. &, c. graue, eđ. in illis verbis, vt prætermis-
 sis indignis, idoneos attumant, qui Deo, & ecclesijs
 velint, & valeant gratum impendere famulatum,
 & magis in terminis. c. licet. 8. q. 1. vbi beati Hie-
 ronymi. ad. c. 8. Leuitici recitantur verba, quæ
 talia sunt. requiritur, in ordinando sacerdote, prę-
 sentia populi, vt sciāt omnes & certi sint, quia qui
 prætantior est ex omni populo, qui doctior, qui
 sanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligi-
 tur ad sacerdotiū. vt interim aduertas huc popu-
 li cōsensum, nō ita de necessitate requiri, vt sine eo
 irrita etiēt ordinatio, vt docet Trident. Conc. sess.
 23. in princ. c. 4. verl. docet insuper, interim tamē
 dictum, Sacrum Trident. Concil. in, d. sess. 23.
 passim

passim hanc idoneitatem ministrorū ecclesiæ desi-
derat, maximè in. c. 12. de reformatione dicēdo.
Sciānt tamen Episcopi non singulos in aetate cō-²²
stitutos debere ad hos ordines assumi, sed dignos
dumtaxat, & quorum probata vita tenectus sit.
& sess. 24. de reformat. c. 18. & alijs auctoritatib⁹
hoc ipsum commendant videndi. Episcopus Cæ-
sar Lambertinus in tractat. de iure patronatus.
lib. 2. part 1. quæst. 10. art. 1. & seq. & Frater Do-
minicus Soto in. 4. part. 2. distinct. 25 quæst. 1. arti-
c. 4. vers. ad quartum. & in tract. de iustitia &
iure. lib. 3. quæst. 6. maximè in articulo secundo.

* Et quemadmodum petentes locum, & digni-²²
tatem, sine debit⁹, & requisitis circunstantijs, pec-
cant mortaliter, vt aduertit gloss. in verb. hono-
rem. in clementina, cūm sit, de magistris. & cri-
men committere laesæ maiestatis inhabilē ad ma-
gistratum electum, officium exercendo, testatur
Antonius Capycius, in Neapolitana decisione.
178. nu. fin. & Hippolytus de Marsilis in pract. cri-
minali. §. occurunt, num. 2. Ita etiam peccarent
Episcopi, indignos admittendo, iuxta correlati-
uorum regulam, de qua Euerardus in locis lega-
ibus, in loco. 20. & Hippolytus de Marsilis. in. l.
si quis viduam. ex. n. 14. ff. de quæstionibus. vt
in terminis post Sanctum Thomam aduertit San-
ctus Antoninus in summa, part. 3. tit. 14. c. 16. §.
ii. & allegati à Fratre Antonio de Cordoua in tra-
cta. de casibus cōscientiæ. quæst. 31. vers. y como.
Offert enim eo casu Episcopus Deo cæcum ani-

mal, quod apud Malachiam. in. c. 1. reprobatur
 est, ut in terminis ibidem aduertit beat⁹ Hierony-
 mus dicens, cæcum animal offert, qui ordinat in-
 doctum, loco docti, magistrumq; facit, qui vix
 discipulus esse poterat; & habetur in decreto, in
 c. sacerdotes. §. si offeratis. in. 49. distinct.

23 * Quid quod in poenam talis excessus priuan-
 tur Episcopi ordinandi facultate, vt sensit Sanct⁹
 Clemens Papa. in epistola. 2. ad Iacobum fratre
 Domini, & habetur, in. c. tales. 23. distinct. in il-
 lis verbis, Onus graue ordinatori adducant. &
 Carthaginense Concilium quartum, in canon. 68
 & seqq. ibi, etiam ipse ab episcopatu suo ordinā-
 di dumtaxat potestate priuetur, habetur. in. c. ex
 poenitentibus. 50. distinct. & Zozimus Papa di-
 cebat in terminis, qui ecclesiasticis disciplinis per
 ordinem non est imbutus, nequaquam ad summū
 Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat, & non
 solum in eo, ambitio inefficax habeatur; verum
 etiam ordinatores eius, careant eo ordine, quem
 sine ordine, contra præcepta patrum crediderat
 præsumendū, & habetur in. c. qui ecclesiasticis.
 36. distinct. ubi gloss. &. dd. notant. videndi text.
 in. c. fin. 24. distinct. d. c. graue de præbendis. c.
 nihil. §. Episcopi, & c. cùm in cunctis. §. fin. de ele-
 ctione. c. cùm sitars. de ætate & qualitate, & or-
 dine præficiendorum, ibi. Et ordinatores, & ordi-
 natos vltioni graui decernimus subiacere, & Cō-
 cilium Tridentinum. sess. 7. de reform. c. 3. & sess.
 23. de reformatiōne, c. 8.

Et tum

* Et cùm plus soleant exempla mouere, quam
verba, accedat quod beatus Gregorius, lib. 4. dia-
logorum, c. 40, dicebat. Quòd Paschasius diaco-
nus indigni partem fauens contra idoneum, pe-
nas luat, cuius locum (corruptum tamen) allegat
Ioannes Lopez de Palacios in, c. per vestras, 3.
notabili, §. 26, nu. 10, de donationibus inter virū
& vxorem, licet diuersimodē historiam referat
Diuis Antoninus, in summa, part. 4, tit. 14, c. 10,
§. 7, vers. de quarto, & in part. 2, tit. 4, c. 6, §. 3, vers.
narrat Gregorius. Et de sancto Leone Pontifice
legitur, quòd cùm per quadraginta dies ad corp⁹
beati Petri aliquando orasset, vt à Domino remis-
sionem sibi peccatorum procuraret, demū appa-
ruit ei beatus Petrus dicēs, sibi hoc à Domino ob-
tinuisse de omnibus, excepto de ordinatione, &
beneficiorum collatione, de quo adhuc Domino
habebat reddere rationem. & refert sanctus An-
toninus in summa, part. 3, tit. 20, c. 2, §. 1, in prin-
cipio, & Petrus Rebiffus in concordatis Galliæ
in rubr. de electiouis derogatione in gloss, verb,
idoneorem, post medium.

24

"

"

"

"

"

"

"

"

25

"

"

* Vnde cùm potissima cuiusc⁹ rei pars princi-
pium sit, l. 1, ff. de origine iuris, & ibi, gloss, verb.
principium & difficile sit, vt bono peragātur exi-
tu, quæ malo sunt inchoata principio, c. princ⁹
patus, i. quæst, i. l. quòd ab initio, ff. de regulis
iuris, hinc fieri, vt diligens, & accurata à principio
ordinādorum examinatio, plura beneficia, & no-
tabilia producat, & signanter, ne passim proce-
dant

D dant

dant pœnæ in iure statutæ, contra non ordinatos ministrantes, & contra ordinatos per saltum, & contra eos qui furtiuè ordines recipiunt, de quibus vltra rubricas iuris canonici, & ibi, Doctores, videndus est Episcopus Bernardus Diaz in practica canonica. c. 12, 20. et, 21. sicq; cessabit incommodum quod in simili dixit Pôtifex. Quod turpius ejicitur, quam non admittitur hospes, in c. quemadmodum de iure iurando. Cùm melius sit intacta iura seruare, quam post causam vulnerez ratam remedium querere. l. fin. C. in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est.

* Præterea cùm sanctius sit (maxime in ordinatione sacerdotum) paucos bonos, quā plures malos habere ministros, vt fuit conclusio Lateranensis Concilij sub Innocentio. 3. et habetur in, c. cùm sit ars, de ætate, et qualitate, et ordine præficionis, quod et antea sentierat S. Clemens Papa, relatus, in, c. tales. 23. distinct. præmissa ista arcta ut dixi examinatione, congruens in ecclesia ministrorum numerus cōseruabitur, vt fieri debet, ex Niceno Concilio, 1. in canon. 62. et tangit Soto de iustitia et iure. lib. 9. quest. 4. art. 1. vers. primum ergo; cessabitq; clericorum turba, quæ sine dubio, tantæ rei vilipendium præbet, vt statim ostendo.

* Infinitas enim iuribus inimica est, l. fidei commissa, s. si quis decem. & ibi glos. ff. de legat. 3. glos. verb. multitudo, in c. cùm iam dudum, de præbend, & multitudo numerosa feré nihil habet

bet honestum. §. multitudo, in authent, de rese-
rendarijs, & penè nihil immensum bonum est, vt
in terminis nostris considerabat Imperator Iusti-
nianus in authent, vt determinatus sit numer⁹ cle-
ricorum; facit bonus tex. in. c. final, de religiosis
domibus. in illis verbis, Ne nimia religionis di-
uersitas grauem in ecclesia Dei cōfusionem indu-
cat, & in volum, fororum Valentiae, in foris de
anno. 1564. c. 139. in illis verbis. Los quals per ser-
molts forçadament han de excedir y fer coses no-
degudes.

* Quod autem multitudo vilipendium pro-
ducat, vltra quod in omnibus ferè experiētia pro-
bat, satis notabiliter sensit, glos. verb. sedis apo-
stolicæ. in. c. 1. de reliquijs & veneratione sancto-
rum. in. 6. considerans inter alia, ideo canoniza-
tionem sanctorum, non esse singulis episcopis cō-
missam, sed soli Romano Pōtifici reseruatum; ne
in infinitum contingat sanctos multiplicari, & sic
deuotionem frigescere, & sanctitatem vilescere.
referendariorum enim dignitas propter numero
sitatem vilescit, vt post Abbat. obseruat Jacoba-
tius Card. in tract. de concilio. lib. 1. art. 5. in nu. 5.
& indulgentias vilipendi ex multiplici eārum cō-
cessione, satis probat extrauagans, et si dominici.
de pōnitentijs & remissionibus. ibi. Ob multitu-
dinem facultatum, iuncto ibi, ne exinde clauium
auctoritas deducatur in contemptū. in extrauag.
cōmunitibus, & ideo moderationem in ijs obserua-
ri mādat Conc. Trid. sess. 25. in decreto de indul-
gentijs

gentijs: vers. in his tamē, quid plura: honorabile
 alias aduocatorum officiū, vilescere ex nimia ad-
 uocatorum copia, dixit Guliel. Bened. in. c. Ray-
 nuntius, verb. & vxorem, decis. 5. nu. 23. de testa-
 mentis, & denicꝝ ex raritate splendor, & ex mul-
 titudine contemptus oritur, vt aduertit Thomas
 Actius, in tract. de ludo scachorum. quæst. 9.
 principali. n. 78. & 79. & facit. c. in sancta. 2. quæst.
 7. ibi, Quia rarum est omne quod magnum est,
 & glos. verb. miraculum est, in. §. quantūcunq;. in auth. de consulibus.

* Sed ne per similia & mendicata sufrágia ea
 mus, accedat in terminis nostris apertum beati
 Hieronymi testimonium, de quo, in. c. legimus.
 §. sed dices, 93. distin. in illis verbis, Præsbyteros
 turba contemptibiles facit, & obseruat frater Do-
 mini. Soto, in. 4. sentent. part. 2. dist. 25. quæst. 1.
 art. 4. vers. ad tertium, vbi ad literam hæc verba
 dicit, Qua ratione numerus pauperum sacerdo-
 tum adeò creuit, vt ecclesiæ nullum adferant de-
 corem, sed populo multum oneris, & sensit Ni-
 cenū Conc. i. in can. 62. Imperator in nouel. tit.
 de numero clericorum. ibi, Oneranda sacrosan-
 cta ecclesia, & in auth. de mensura ordinandorū
 clericorum in princ. ibi, Quia intentio nobis est,
 abbreviare ordinationes, tradunt in terminis no-
 stris Francisc. a Ripa, in tract. legali, de peste. c. 8.
 seu final. nu. 26. Frater Alfon. à Castro, in tract.
 de iusta hæreticorum punitione, lib. 3. c. 5. in fin.
 vers. notissimum, qui est notandus locus, & Do-
 min.

abilē
a ad-
Ray-
testa
mul-
omas
st. 9.
uæst.
1 est.
unq.
ia ea
beati
simus.
teros
er Do
æst. 1.
verba
erdo-
nt de/
t Ni-
el, tit.
rosan/
idorū
s est,
is no/
e, c. 8.
tract.
n fin.
z Do/
min.

min. Soto de iustit. & iure, lib. 7. quæst. 6. art. 1.
ad septimū. in. 3. solutione, in vers. quamuis. quæ
videas rogo; & Marquardū de Susannis. de cœli
batu sacerdotum. part. 1. c. 4. nu. 1.

* Hæc igitur domini episcopi ante oculos ha-
beant: nam notoriè constat, quod si ordinatio cō
gruè fiat, magna erit ecclesiæ vtilitas, si naute m in
debitè, magnum sequetur detrimentum, de hono
ratio diuini cultus, pernicièsq; tam ordinatis, quā
ordinatoribus: Episcopus enim qui indignos org
dinat, peccatis alienis cōmunicat, vt aduertit Leo
Papa, habetur, in. c. quid est, vers. & quid. 78. dis
tinct. quod tanquam notabile. (iuxta illud, bis
terq; pulchra, de quo Episcopus Ludo, Gomes
in regul. cancell. de idiomate, quæst. 3. in princ.)
iterum proponit Gratianus, in. c. miramur. 61. di
stinct. tradit in terminis S. Antonin. in summa. 3.
part. tit. 20. cap. 2. §. 1. & cōmendat Conc. Pro
vinc. Valentiniū sub Ayala, sess. 3. c. 1. vers. ad
ecclesiasticos ordines.

* Oportebit ergo diligenter inquire qualifi
cates, & requisita, quæ in clericis & sacerdotibus
cōmendauit Gratianus. in decreto, à dist. 24. usq;
ad 100. vt tradūt Siluester in summa. verb. cleri
cus. Io. 2. nu. 1. cum seqq. Lucas de Penna in. 1.
vnica. de periculo successorum parentis. libr. 10.
C. Albert. Trotius de perfec. cler. libr. 2. à prin
cipio, usque ad c. 37. Lambert, episcop. in tract. de
iure patronatus. libr. 2. part. 1. quæst. 10. art. 1. &
S. Antonin. Archiepis. Florent. in d. part. 3. tit. 20.

c. 2. §. 1. & omnino Marcus Anto. Marsilius, in tract. de ecclesiastic. redditib. c. 18. & 19. & Frater Ioan. Ferus in tract. de examine ordinandis faciendo, quæ omnia ad vnguem vsq; vti religiosissimus obseruat Illustrissimus ac Reuerendissimus Antiochenus Patriarcha, idemq; Archiepiscopus noster Dominus Ioannes à Ribera, habens doctissimorum virorum electam industriam, ad examinandas qualitates eorum, qui sacros ordines recipere cupiunt, ne admittendo indignos, simul seipsum (qui dignissimus est) indignum fatetur. iuxta notabile verbum Celestini Papæ quod habetur in, c. tantis in fine, 81, distinct.

* Vt autem ad laudē Dei, indignis electis, apti domui Dei constituantur ministri, iux. c. 1. in fin. de officio custodis, & vt boni initij bonus expectetur euētus, in vta in ira vulgata: ideo recte facie domini episcopi, si antequā ad ordinationes procedant, sacramentalem confessionem ab ordinādis exigant, vt Ioan. Bertachinus in tract. de episcopis aduertit, quem allegat episcopus Cesar Lābertinus, in tract. de iure patrona, libr. 2. part. I.
 " quæst. 9. art. 17. nu. 1. dicens, quod Episcopi detimentes, ita faciunt: & statuit Maguntina Synodus sub Sebast. Archiepiscopo. c. 81. tomo, 5. Concil. pag. mihi, 373. talia enim cuiilibet fiunt sacramēta, quali conscientia quis accedit ad illa. vt aduertit Beatus August, habetur in. c. per Esaiam. & in. c. omnia sacramenta. 1. quæst. 1. & cum peccato ad illa accedere, nihil aliud est, quam culpam, culpx

cōiungere, vt aduertunt S. Antoninus. in. d. par.
3. tit. 1. c. 19. §. fin. & Couarru. in. 4. par. 2. c. 6. in
princ. nu. 1. ex ijs enim competens & idoneus mi
nistrorum in ecclesia numerus erit, cessabitq; indi
gnitas, & infinitas clericorum, ad maiorem eccle
siæ decorum, & summi Dei gloriam, vt sensit, d.
Nicenum primū Conc. in. can. 62. dicens, vt nō
sint pauci presbyteri in ecclesia ne deficiat oratio;
& ne sit magnus sacerdotum numerus, ne sum
ptus ecclesiæ augeatur.

* Possem autem hic specificè proponere. requi
sitæ in ministris altaris qualitates, de quibus su
pra copiosa ostendi iā loca, possem excessus mi
nus punibiles, & magis punibiles aduertere, de
quibus post alios agit episcopus Bernar. Diaz in
pract. canonica per totam. & Iul. Clarus in pract.
§. fin. quæst. 36. per totam. Et possem irregulari
tates, & impedimenta ad tantam rem, examina
re, de quibus irregularitatibus Speculator, tit. de
dispensationibus. §. 4. 8. Antonin. d. part. 3. tit. 28.
Marian. Soci, in repet. c. ad audientiam. de ho
micio. Couarr. in clement. si furiosus. part. 1. de
homicidio. & ex professo Nicolaus Plouius, qui
tractatum fecit de irregularitatibus; verum quia
immensus redderetur hic noster tractatus, cūm
plerunque nec locus, nec tempus, sinant amplius
deliberandi consilium. l. 1. ff. de exercitoria. satis
modo videtur mihi tetigisse loca, vbi dum casus
occurret, explicata latius inueniantur, & omissis
alijs, solum hic tria mala, cæterorūque velut fun

damenta proponam, quæ ecclesiasticam hierarchiā (vt vtar termino Conc. Trid. sess. 23, in prim. c. 4.) summopere destrūit; sicut in simili Colon.
 " Concil. part. 2. c. 22. dicebat, quod præcipue cau
 " sae omnis mali sunt fastus, luxus, & auaritia, à qui
 " bus clerici potissimum male audiunt. Ea verō tria
 quæ nos hic tractare proponimus, sunt, ignorā
 pū tia seu illiteratura, auaritia seu cupiditas, & vlti
 mo luxuria, sub breuibus ostendendo eorum in
 cōmoda, ad statum ecclesiasticum non minima
 esse.

§. 1. De defectu scientie quoad Ecclesiasticos agit.

34 * In primis autem ignorantiam cūctorum er
 rorum matrem esse, maximē in sacerdotibus, ex
 pressè aduertit Conc. Tolet. 4. in cano. 24, vnde
 Leo Pontifex, in epist. 22. ad clerum Constanti
 nopolitanum dicebat. Si in laicis vix tollerabilis
 est inscitia, quanto magis in ijs qui præsunt, nec
 excusatione digna est, nec veniam præterea Cœl
 stinus Papa in epist. 3. ad episcopos Calabriæ di
 cebat, nulli sacerdotum licere canones ignorare,
 quæ omnia Gratian. decreto inseruit, in. 38. dist.
 c. 1. 3. & 4. vbi in. c. quinto, ex varijs D. August.
 pū dictis ostendit sacerdotes scire debere librum fa
 cramentorum, lectionarium, antiphonarium, ba
 ptisterium, compotum, canones pœnitentiales,
 psalterium, & homilias per anni circulum diebus
 dominicis, & festiuitatibus aptas, ex quibus (vt ibi
 dicitur) si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix
 in eo

in eo constabit. Cum si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. & videndus Ioan, a Capistrano, in tract. de cano. pœnit. vbi advertit quæ clericis scire debent, & Petrus Soto de institu. sacer. part. i. in initio. lect. i. & seqq.

* Sanctus etiam Hieron. super Ageum proph. in. c. 2. ita ad hoc propositum dicebat, sacerdotum officium est, de lege interrogatos respondere, si sacerdos est, sciat legem Domini, si ignorat legem Domini, ipse se arguit non esse sacerdotem Domini. Sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. Adhuc diuus Hieron. qui etiam in epist. 4. ad Rusticū monach. dicebat, si clericatus te titillat desiderium, discas quod possis docere, & rationabilem Christo hostiam offeras, ne miles ante quam tyro, ne prius magister sis quam discipulus. & habetur in. c. si clericatus. 16. quæst. i.

* Adsunt etiam ad hoc sacræ scripturæ testimonia, in Malach. proph. c. 2. ita legitur. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirant ex ore eius. & i. Pet. c. 2. dicitur. Vos genus electum &c. vt virtutes annuncietis eius qui de te nebris vos vocavit, in admirabile lumen suum. & i. Mach. c. 4. dicitur, elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, & Osea in. c. 4. dicitur quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi, vt habetur. in. c. omnes in fin. 38. dist. & c. nisi cum pridem. s. pro defectu, de renuntiatione, & ideo nulla est importuna

Flōsculi de Clericorum, &

34

na ætas sacerdoti vt discat, exemplo D. Augusti.
vt habetur in. c. si habes. 24. quæst. 3. quia licet illiterati characterem ordinis recipiant, mōstra tamen sunt, & opprobrium in ecclesia Dei. vt tradit And. Gambarus in tract. de autoritate legati de latere. lib. 7. nu. 458.

37

* Vnde cūm ecclesia Dei per maximē indigeat viris literatis, c. fin. de magistris, & adnotat glos. verb. literatis viris. in extrauag. execrabilis Ioannis. 21. de præb. & dignita. hinc fit in necessariū consequens, quod carens literis, sacris nō potest esse aptus officijs. ex Gelasio Papa, habetur in. c. illiteratos. 36. distinct. & probant. text. in. §. clericos, authent. de sanctis. episc. & in nouella. tit. de clericis. & tit. quales homines clericī fieri debent. text. in. c. cūm in cunctis, ibi, literarū scien-
tia inquirenda, de electione. ubi glos. & doctores aduertunt. & Conc. Trid. maximē in sess. 21. dere format. c. 6. & cōmendant. Clichthoueus in tract. de vita & morib. sacerd. c. 8. Diaz in tract. cano. c. 18. Lamber. de iure patro. libr. 2. part. 1. q. 9. art. 24. Troti⁹ de perfe. cleri. lib. 2. c. 32. Corrasius in tract. de beneficijs. part. 3. c. 5. n. i. & seq. & Ioan. Hugo de. officio quatuor prælatorū. part. 4. vers. quales debent esse iudices. nu. 3. & 4.

38

* Scientia namq; circa curam tēporalium, est opportuna, & circa spiritualium administratio-
nem, necessaria. d. c. nisi cum pridem. §. pro defe-
ctu. de renuntiat. maximē verò iuris canonici co-
gnitio necessaria erit, quidquid in contrarium di-
xerit

xerit pessimus ille Ioann. Vuicleff. heresiarcha, in errore suo, 38. quem merito Constantiense Conc. & Bulla Martini, 5. reprobavit. Probatur enim iuris canonici cognitionem, esse ecclesiasticae gubernationi necessariā, vltra supra adductos text⁹. 38. distinct. & alia quæ supra in procœmio de laude scientiæ iurium, remissiuè tractauit pernotandum dictum Leonis Papæ. i. in epist. i. ibi, igno rare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonū regulis est diffinitum, & est præterea aureus ad hoc locus. S. Innocen. Pap. in epist. 5. ad Maximum & Seuerum in illis verbis, Ecclesiasticorum canonum norma, nulli debet esse incognita sacerdoti; quia nesciri hæc à Pontifice satis est indecorum, est etiam ad hoc memorandus text. in. c. 1. de consanguinit. & affinit. vbi Pontificis Alexā. 3. decidentis, illa leguntur iudicibus ecclesiasticis directa verba; & statuta canonum non ignorent.

* Imō per dicta verba. d. c. 1. obseruarunt ibidem. Cardi. Hostien. & Ioan. Andreæ quod ecclesia Dei non posset regi per puram, & solam theologiam, absque canonica facultate, sequitur Euerar. in locis legalib. loco ab autoritate. nu. 8. quibus accedere videtur insignis theologus, & sic testis non suspectus, Melchior Cano in tract. de locis theolog. lib. 8. c. 6. docēs, necessariam esse theologo iuris canonici scientiam. Quo fit ut cō munis sit resolutio, quod in loco vbi non pullulat hæreses, sed potius ecclesiasticae lites, data alijs paritate inter theologum, & canonistam, ad Epis

copatum præferendus sit canonista, theologo, trā
dunt, Felinus in, c. fin. nu. 2, de magistris, Euerar
dus vbi supr. Trotius in tract. de perfect. clero.
lib. 2, c. 33, nu. 6, Ioan. Lopez in, c. per vestras, 3, no
tabil. §. 26, nu. 16, de donationib. inter vir. & vxo.
Rebus, in concord. Galliæ, tit. de regia ad præla
turas nominatione, in gloss. verb. licenciatum, &
Rojas in tract. de hæreticis, part. 1, nu. 389, quam
uis theologi partes agat Soto de iust. & iure, lib.
3, quæst. 6, artic. 2, vers. ijs ergo absolutis, viden
dus Ioan. de Selua, in tract. de beneficio, part. 3,
quæst. 7, nu. 33, et seqq.

* Vt cumq; tamen super hoc punc̄to sit, perni
ciosa est in ecclesiasticis personis, ignoratiā, ad. c.
retulerunt, de consecra. dist. 4, vbi mentio fit de
illo ignorante sacerdote, qui baptismū ministrā
do dicebat, baptizo te in nomine patria, & filia,
& spiritu sancta, & ad cap. ad audientiam nostrā,
de rescriptis, vbi falsa latinitas vitiat rescriptū Pa
pæ, vbi glos. verb. manifestum, allegat. d. c. retul
lerūt, & in margine notatur differētia, quare hoc
casu vitietur rescriptum, & illo casu non vitietur
baptismus. Quando verò ignorantia peccatum
sit, ad. c. fin. 37. dist. tangit Zabarella, in d. c. nisi
cumpridem. §. pro defectu, nu. 2, & S. Antonin.
in summa part. 1. tit. 6. c. 1. §. 1. est enim scientia ne
cessaria in sacerdote, ut dixi & probat. c, cum ex
iniuncto, §. licet de hæreticis.

* Ex quibus infertur, diabolicam fuisse adin
ventionem illam, pessimi Juliani apostatæ Imper
atoris

ratoris, qua præcepit, vt nullus Christianus admitteretur in generali studio, ad docendum, vel ad addiscendum, vt meminit Chasseneus in catalogo glor. mundi, part. ii, considerat. 17. vers. Iulianus, quod poterit addi, ad ea, quæ de ipso habentur in c. Iulianus, ii. quæst. 3. & apud Couar. lib. 4. resolut. c. 17.

* Patet etiam pestilentissimum fuisse dictū Ioⁿ annis Vuiclefī, dum in errore. 29. vniuersitates, studia, collegia, graduationes, & magisteria in eisdem damnabat, cuius erroneum dictum merito post Constantiense Conc. in sess. 8. damnauit Martinus. s. per suam bullam, & expresse commendans generalia studia cōtra dictum errorem Vuiclefī, scripsit Castro, aduersus hæreses, verb. studia generalia, vbi meminit de antiquo Antiocheno & Alexandrino gymnasio. & de pluribus alijs ad Clement. i. de magistris, videndus Chasseneus in d. catal. glor. mundi, part. io. considerat. 32. quibus merito addendum est Valentīnum nostrum generale studium, ab Alexan^s. Papa con ualentino erectum, priuilegijsque decoratum, vt patet in volumine priuilegiorum huius ciuitatis inter priuilegia Ferdinandi secundi, c. 20. cū seq. cui etiam magna concessit priuilegia Dominus Sixtus Papa, s. vt & ipse refert in principio mot^u proprij, pro naturalibus huius regni.

* Hinc catholicorum principum, & bene sentientium ea fuit semper maxima cura, literarum scientiam vbiique commendare, vt patet in foris

Valentiæ, in. c. fin. incip. otorgam. tit. de mediis
c. lib. 9. l. 1. Tauri. vbi Ant. Gomes in princ. §. hec
autem tria, in procemio digest. clemen. 1. de magi-
stris. & tradit. s. Antonin. in summa. part. 3. tit.
22. c. 6. §. 18. & Conc. Trid. ses. 5. de reformat. c. 1.
vers. in gymnasijs. & in literis apostolicis pro co-
mendatione Cōc. Tri. dat. Rom. 1. Febr. 1566. vers.
illud quoque. Pius. 5. præcipit episcopis, vt ad se-
dem apostolicam mittant nomina suorum cleri-
corum, qui moribus & doctrina excellunt, vt de
illis opportunè prouideat, ex quo reprehenden-
di sunt Licinius, & Valentinianus Imperatores,
qui lete rarum scientiam odio habuerunt, vt testis
est Rauisius in officina, tomo. 1. tit. indocti.

* Patet ergo laus, utilitas, & necessitas scien-
tiarū, vt peruanias considerationes aduertit Chas-
seneus in, d. part. 10. per totam. meritoq. studio-
rum causa priuilegiata est, cùm rem publicam fa-
piētibus replete. l. vnic. de studijs liberalibus vr-
bis Romæ, lib. ii. C. gloss. final. in. l. 1. vbi Bart. &
alij. ff. soluto matrimonio, ex quo non mireris, si
faber malleās iuxta scholas, expellendus sit, vt di-
xit glo. fin. in. d. l. vnic. sequitur Dueñas reg. 239
incip. faber. & Menoch. de arbitrar. iudicū. lib.
2. casu. 237. quin Ant. Meneles in auth. resque, ex
nu. 89. C. cōmunia de legatis, illud querit, an ob
studiorum causam, liceat euertere fideicōmissum?
cum aliis quæ de priuilegijs scholarium notantur
in auth. habita. C. ne filius p̄o patre. & commodi-
tates, quod scientiæ in ciuitate legantur, tradit Ré-
buf.

buffus in tract. nominationum. quæst. 5. nu. 35. & 36. & ibidem. in quæst. II. multa tradit circa materiam temporis studij. & illius probationem. tangit Ant. Gomes. in. I. 2. Tauri. nu. 5. 7. & 8. quæfa ciunt ad forum Valentin. in. c. II. incip. si alecun iurista. tit. de aduocatis lib. 2. in illis verbis. e per cinch anys haja oit dret en studi general.

* Ex quibus non solum scholæ ipsæ. & genera lia studia. immunitates & priuilegia habent. ut dicit Romanus. in. I. pleriq. nu. 5. ff. de in ius vocando. quod debitor non potest capi. in studio generali verumetiam & multo maiori ratione. speciæ libus priuilegijs sunt decorandi. qui per longum tempus scientiæ margaritam inuenerut. & docto ratus titulum meruerunt. ex Angelo. in. §. item Romæ. nu. 3. instit. de excusationib. tutorū. Ant. Gomes in. I. fin. tauri. nu. 16. cum seqq. & Franc. Viuio lib. 2. commu. opini. 87. qui doctorum pri uilegia tangunt. & in terminis loan. de selua. de beneficio. part. 3. quæst. 7. nu. final. & facit quod dicit Cōc. Trid. ses. 7. de refor. c. 13. in fin. quod habens vocem ab vniuersitatibus & generalibus studijs examinandus non est. ille enim ut cognitus seu notus. non est examinandus. gloss. verb. ignota. in. c. de Petro. 47. dist. Abbas. in. c. constitutis. nu. 4. de appellationibus. Socin. in regu. 284. vers. fallit 30. & Iason. in. I. 1. nu. 26. & seqq. ff. de libe. & posth.

* Hinc glossa in verb. supleat. in. I. si so ciatem. ff. pro socio. dicebat. Canonicatus no

bilibus, & viris literatis esse conferendos, ipsisq^z
 doct^ribus dignitates ecclesiæ esse conferendas,
 statuit Conc. Trid. ses. 22: de refor. c. 2. & ses. 24.
 de refor. c. 11. & sequitur Conc. Valen. sub Ayala,
 ses. 4. c. 4. hinc ecclesiasticus doctor, loco, &
 insignijs particularibus decorandus est, ex tradit
 tis per Chasseneum, in catal. glor. mundi. part. 4.
 cōsider. 76. & synod. Valent. sub Ayala. actione.
 2. c. 31. & licet simplex clericus, nō admittatur ad
 quotidianas distributiones in ecclesia, si nescit ca
 nere, cantu saltem planiore, remittitur tamen hoc
 in doctore: ut regulam & fallentiam tradit dicta
 Synodus Ayalæ, action. 1. c. 5. præterea, licet sim
 plex clericus annulū non possit deferre; d. c. cle
 rici officia, in fin. cum vulgo dicatur, clericus an
 nulatus, aut episcopus, aut satuus: hoc tamen fal
 lit in clero doctore, qui licite potest annulū de
 ferre maxime signatorium: tangunt Rebuf. in l.
 signatorius. verl. annulum. ff. de verbo, signifi. &
 Iacob^z. Bennius in tract. de priuilegijs iuriscons.
 priuilegio. 37. pro quibus facit quod doctorem
 æquiparat comiti Ioann. Lopez de Palacios, in c.
 per vestras. notabili. 3. §. 7. nu. fin. vers. & ex hoc
 de donat. inter virum & vxorem.

* Hæc enim & similia, vt de dispensatione ad
 47 plura beneficia, meritō & consultē ecclesiasticis
 viris doctoribus pollicentur, vt ardentissimū omnes
 ecclesiasticimoueantur, ad querendam, & inue
 niendam scientiæ margaritam, ipsis præcipuè ne
 cessariam. Licet enim Esaias, in. c. 5. generaliter
 dixe.

dixerit, in Dei personam. Propterea captiuus du-
ctus est populus meus, quia non habuit scientiam
c. vae qui dicitis. II. q. 3. specialiter tamen clericis
ignorantia prohibetur, notatur, in l. repetita.
C. de episco, & cler. tradit Euerardus in locis le-
galibus, in loco a milite armatae militiae ad militem
coelestis militiae. nu. 17. Lambert. de iure patro.
lib. 2. p. 1. quæst. 9. art. 24. & videndus omnino
Castro, in tract. de iusta haereticorum punitione,
in lib. 3. c. 5. in vers. de aliorum sacerdotum, ubi
ostendit quamplura incommoda generet clericorum
& sacerdotum ignorantia.

,,
,,

* Vnum autem restat aduertere, eminentem
scientiam non esse necessariam, sed sufficientem
tantum. ex gloss. verb. sufficientem. in clement.
I. §. vt igitur, de magistris, tangit Abbas in. c. ve-
nerabilis. nu. 3. &. 8. de præben. declaras, quæ sit
eminens, quæ mediocris, & quæ sufficiens scien-
tia. quod & faciunt Cepolla in repet. l. si contra:
nu. 10. & seq. ff. de usucap. pro emptore. & Tro-
tius, in terminis nostris in tract. de perfecto cle-
riko. lib. 2. c. 3. nu. 4. dicendo, quod eminent
scientia dicitur, per quam quis difficilimas quæ-
stiones resoluit, sine reuolutione librorum, me-
diocris cum reuolutione, competes vero seu suf-
ficiens dicitur ea, quæ sufficit illi, de quo quære-
retur, secundum qualitatem status in quo repe-
ritur, attento illius officio, beneficio, & conside-
rata ecclesiastica dignitate. vnde alia requiritur,
& sufficit in clero simplici beneficiato, alia incu-

48

F rato,

rato, & alia in episcopo, vt aduertit Trotius, in d. c. 33. per totum, & post dd. in. c. cùm in cunctis, de election. & in. c. nisi cùm pridem. §. pro defectu, de renuntiat. tradit Lambert. in d. art. 24. vbi notabiliter commendat scientiam viris ecclesiasticis, maxime in vers. & ibi dictis, agens de canonicis ecclesiarū cathedralium. & Andr. Gabarus in tract. de autoritate legati de latere. lib. 7. nu. 459. & seq.

* Illud verò in omnibus literatis viris desiderandum est, maxime autem in ecclesiasticis, vt postquam scientia inflat, charitas autem ædificat, vt dixit Apost. 1. ad Corinth. c. 8. quod imperfectum scientiæ supleat perfectio charitatis. vt ad uertit Pontifex, in. c. nisi cùm pridem. §. pro defectu, de renuntiatione. Gloriandum enim est in cruce domini nostri Iesu Christi, ex Apost. ad Galatas. c. 6. de qua salutifera cruce videnda. glor. verb. cruci. in clement. 1. de summa Trinitate. l. vnic. C. neminilicere signum saluatoris, tradunt Chassen. in catal. glòr. mundi, part. 1. sub. 38. considera, in conclu. 98. cum seqq. & Couarr. lib. 4. resolut. c. 15. nu. 2. cum seq. & per hæc expeditus sum de primo defectu clericorum, videlicet de ignorantia, quæ specialiter Christum qui eos instituit offendit. c. si iuxta. 38. dist. quod nota cum in. c. seq. dicatur quod ignorans, ignorabitur, vt dixit Apost. 1. ad Corinth. c. 14.

¶ 2. De auaritia tractat, Item de donatione Constantini,
et distributione honorum Ecclesie.

Secundum vero quod ecclesiasticum statum, sacerdotalemque dignitatem offendit, auaritia est & cupiditas, quae idolorum seruitus, dicitur ab Apostolo. ad Ephes. c. 5. text. in. c. cum omnis. 1. q. 1. c. auaritiæ de præbēdis, ubi. dd. facit illud psal. 113. ibi, Simulachra gentium argentū & aurum. Auaritia enim omnium malorum radix est, teste Gregor. de quo, in. c. bonorū. 47. dist. quod declarat glos. 1. in. c. quia radix, de pœnit. dist. 2.

* Vnde per maximè a sacerdotibus, & viris ecclesiasticis præcauenda est, ne in ipsis verifice tur, quod Micheas propheta. in. c. 3. dicebat ibi, Sacerdotes eius in mercede docebant, & Conc. Tolet. 4. in cano. 32. dicēdo, Auaritia radix est cū citorum malorum, cuius sitis, etiam sacerdotum mentes obtinet. Hinc Maguntiacum Concil. in cano. 10. clericos admonens dicebat, Amorem pecuniæ quasi matrem cunctorum criminum fugiant. c. his igitur. 23. dist. & Leo Pontifex, re latus in. c. virum. 47. dist. dicebat, virum catholi cum, & præcipue Domini sacerdotem, sicut nul lo errore implicari: ita nulla oportet cupiditate violari. Ex quo merito dixit beatus Hieronymus, quod Clericus negotiator, tanquam pestis fu giendus est. habetur, in. c. negotiatoreni clericū. 88. dist. quinimo sacrum Trid. Conc. Ies. 21. de refor. c. 1. nedum auaritiam a ministris ecclesie, Sed etiam illius suspicionem, abesse desiderat, tra

dunt Clichtho, vbi supr. c. 16. s. Antonin. in summa. part. 3. tit. 13. c. 3. §. II. Trotius de perf. cleric. libr. 2. c. 51. nu. 12. cū seqq. & Marc. Ant. Mar silius, de ecclesiast. reddit. part. 2. c. 20. ex. nu. 12. ignominia namq; sacerdotis est proprijs studere diuitijs. c. gloria episcopi. 12. q. 2. videndū Arelaten. concil. 1. in. c. 11. Arelaten. 2. in c. 14. Carthaginen. 1. in. c. 13. & Aquisgranen. tem poribus Ludo. Pij. in. c. 61. & Parisiense. tempo ribus Greg. 4. Papæ. in lib. 1. c. 1.

* Cæca enim hæc animi passio, inordinataq; cupiditas & auaritia, passim damna, & scandala generat. Quod si generaliter in omnibus, ex traditis per S. Antonin. in summa. part. 2. tit. 1. c. 1. & seqq. præcipue tamē in viris ecclesiasticis ma iora producit, vt in pluralitate beneficiorum, præbendarum, & dignitatum, intelligi poterit, vt ex professo de pluralitate beneficiorum, scrip serunt Ioan. Delignano. Nicol. Gimonteus. & alij. S. Antonin. vbi supr. part. 3. tit. 15. c. 1. ma xime. ex. §. 6. Soto. de iust. & iure. libr. 3. quæst. 6. artic. 3. Trotius, de perfect. cleric. libr. 2. c. 45. & 46. Lambert. in tract. de iure patronat. libr. 2. part. 1. quæst. 7. art. 15. vbi meminit, quod institutus ipse erat. in. 37. beneficia. ita tamen, quod omnia non ascendebat ad summam ducatorum. 130. de camera, vt refert ibi. in nu. 15. seu final.

* Tamen regulariter dicta pluralitas, non tā à superiore obtenta, quam extorta per exquisi tos modos videtur, vt considerat Papa Ioan. 22. in extra-

extrauaga, execrabilis, tit. de præbendis, ex quo
forsan motus, & dispensationem ad hanc plura-
litatem aliquando sine causa, considerans Petrus
Rebuff, in concord. Galliae, in tit. forma manda-
ti Apostolici, in gloss. verb. dispensationum, vers.
vnum tamen, dicebat, ex hoc totum destrui or-
bem, haereses generari, templa subuerti, pauper-
res necari, doctos miseris reddi, stupidos in vo-
luptate ali, & esse omnis mali seminarium, quan-
do tres vel quatuor, vnum deglutiunt regnum, &
quid illi, ultra alios boni fecerint, ignorat totus
mundus. Cuius dicto satis fauet Martin. ab Al-
pilcueta Nauarr. in manuali, c. 25. nu. 5. & Con.
Triden. sels. 24. de refor. c. 17. &c. ad hæc. &c.
cūm non. de præbend. vnde sub breuibus, Soto
in. libr. 9. de iustitia & iure. quæst. 4. art. 1. hoc
idem sentiens in vers. præterea sacerdotes, liberè
scripsit, dicens: Fateor equidem ingenuè ecclesia-
stica sacerdotia, iniquissimè esse distributa. Qua-
re alij abundant, neq; citra scandalum, pompis,
ac rerum luxuriæ exuberant; alij verò esuriunt.
Adhuc Soto, Et ideo curam habeant Episcopi,
inquirere, de istorum dispensationibus, iuxta. c.
ordinarij, de officio ordinarij. in. 6. & Cōc. Trid.
sels. 7. de refor. c. 5.

* Neq; sibi blandiantur dispensati sine causa,
tutti enim non sunt quo ad Deum, vt aduertit no-
tanda glo. verb. adimplere. in. c. nō est. de voto.
quam sequuntur. dd. vt patet ex Mart. Aspicuel-
ta, in manuali, c. 11. nu. 76. vers. nemo. Couar.

in. 4. de sponsalib. par. 2. c. 6. §. 9. nu. 7. & Ioan.
Rojas in epitome success. c. 23. nu. 8.

* Ex prædicto enim cupiditatis, & avaritiæ
foste turpissimo, fuit lamentabilis illa, in termi-
nis proprijs simoniæ materia, qua spiritualia &
diuina, sicut terrena qualibet, & vilissima nego-
tiationi perditissimorū hominū subjacent. vi sa-
tis sensit S. Antonin. in sum. part. 2. tit. 1. c. 4. &
seq. vbi absolute tractatu avaritiæ, statim adiunge-
git tractatū de simonia. & tanti sceleris grauitatē,
ad tex. in. c. fin. 1. quæst. 7. commendat, & plu-
res poenas, & censuras contra simoniacos latae,
cumulat. Quod & faciunt in proprijs de simonia
tractatibus, Ioan. Neucler, Ioan. Caraffa, & alijs,
videndas Boerius, deciss. 117. nu. 3. Rol. a Valle
conf. 31. ex. nu. 9. vol. 3. Rebus. in concor. Gallie
rub. de electionis derogatione. in. glos. verb. nō
nullæ, cum glosis seq. Lamber. de iure patr. lib. 1.
par. 1. quæst. 7. art. 11. & lib. 2. part. 1. quæ. 9. art.
10. Iulius Clarus in pract. §. simonia. & soto de
iust. & iure. lib. 9. quæst. 5. art. 1. usq; ad finem
libri.

* Vnde ab ecclesiasticis summopere fugien-
da est avaritia, simoniæ inducens, & specialiter
Spiritum Sanctum offendens. 1. quæst. 1. perto-
tam, vt notabili exemplo fuit comprobatum in
Francia. Cūm enim in minoribus esset Gregor,
septimus, & legatus munus exercebat in Francia,
cuidam episcopo de simonia coram illo accusato,
præcepit, vt alta voce tantum diceret, Gloria pa-

tri, & filio, & spiritui sancto; qui tamen licet patrem & filium nominaret, spiritum sanctum nominare non potuit. Et quia hic punctus facti, & historiae est, ideo pro eo, (vt & facilior sit omnibus legedi copia,) solum allego Gundisaluum Illescas, de historia pontifica, part. i. libr. 5. c. 13. circa finem, fol. 253. col. 4. quod erit bene notandum contra simoniacos, iuxta ea quae de difficultate remissionis peccati contra Spiritum Sanctum, ad ueritatem, Euang. Matthei, in. c. 12. & gloss. verb. blasphemiam, in. c. qualis, dist.

* Denique auaritiam (de qua principaliter nobis est sermo) vnam esse, & non minimam ex causis intrinsecis haeresum, in ecclesia Dei, aduertit Castro, de iusta haeret. punit. lib. 3. c. 1. in vers. altera haeresum radix, & Cōrrad. Brunus in tract. de haereticis, lib. 1. c. 5. nu. 22. & seq. ex quo enim in ecclesijs, sicut in romano imperio crevit auaritia, perijt lex de sacerdote, & visio de propheta. verba sunt beati Hieronymi relata, in. c. diaconi sunt. §. nunc autem. 93. dist. vbi vide, in vers. hinc, quae contingent propter sacerdotum auaritiam.

* Consulte autem solam cupidam notauiimus auaritiam, ut ita simul, & in consequentiam notaremus eos, qui diuitias ecclesiæ, & ministrorum illius, absolute reprehendere curant, in donationem illam memorabilem irruentes, quam coelestis magnus Constantinus Imperator, beato Siluestro Papæ fecit illius nominis primo.

Multi namque eorum, qui contradictam scripsi-

serunt donationem, notissimas religionis exceptiones patiuntur. Nam Ioan. Vuicless, Martini Lutheri magister, qui inter alios errores, hunc seminavit dicendo, quod Silvester Papa, & Constantinus Imperator errarunt ecclesiam dotando, & similiter alij domini temporales; meritò per Constantiense Conc. reprobatus cum suis erroribus fuit. ut patet ibi in sess. 8. in errore. 33. & 39. quem etiam cum erroribus, damnauit Mart. Papa, per bullam suam. Erasmus etiam, qui contra dictam donationem scripsit, de fide suspectus reputatus est, & post Parisiensem vniuersitatem, toti orbi notissimum esse, dixit Castro, de iusta hæretorum punit. lib. 3. c. 8. in fin. vers. quantam.

Carolus etiam Molineus, qui cum alijs vires dictæ donationis tentat debilitare, homo fuit parum modestus erga sacrosanctæ sedis apostolicæ maiestatem, teste Couarru. lib. 4. resolutio num. c. 16. nu. 8. post mediū, & in practic. quæst. c. 31. nu. 2. ante medium, & Molineum hæreticum appellat Franci. Viuius in lib. 2. Cōmun. opinio ne. 318. nu. 3. quinimò delecti patres à Conc. Trid. iuxta sess. 18. in princ. inter reprobos primæ classis Molineum collocarunt, ut patet in catalogo Romæ excusso.

Petrus etiam de Ferrarijs, contra dictam donationem, & autoritatem scripsit ecclesiae, indignatione motus, qui ecclesia noluit cum eo dispensare, cùm esset bigamus, & extra priuilegia clericorum cōstitutus, ut notabiliter aduertit Petrus

trus Rebuff, in concord. Galliæ. tit. de protectio-
ne concordatorum, in gloss. verb. Leo, in vers.
nec obstat falsa, vbi, in vers, erubescere, dixit Re-
bus. dubitandum esse de anima Ferrariensis.

59

* Modo autē, quāta sit inimicorum testimonio
fides adhibenda, l. testiū fides. ff. de testib. & fo-
rus Valentia. in. c. 3. eod. tit. lib. 4. probant, cum
alijs quæ de inimicitia, & eius effectibus cumula-
uit Hyppol. de Marsilis in. l. 1. §. præterea, ff. de
quæstionibus.

* Mihi autem de existentia, & valore dictæ do-
nationis nullum est dubium, per text. in. c. Cō-
stantinus. lo. 1. &c. 2. dist. 96. per. c. fundamenta.
§. ne autem, de electione, in. 6. & Clement. 1. §.
porrò. verb. ipsa, & ibi gloss. verb. Constantiū,
de iure iurando, quæ iura, non solum existentiā
probant dictæ donationis: sed etiam sentiunt, di-
ctam donationem fuisse factam à Cōstantino ex
causa remunerationis, quia intercessione beati
Siluestri, ab eoq; accepto sacro baptismate, dict⁹
Imperator liberatus fuit à lepra.

60

* Vnde vires donationis prædictæ crescunt,
propter specialia, quæ in donatione remunera-
toria latē post alios considerat Tiraquel. in. 1. si
vnquam. verb. donatione largitus. ex nu. ii. C.
de reuocand. donation, & in terminis dictam do-
nationem, ob remunerationem illam fuisse factā,
considerat magister Bartol. in princ. digest. ante
procemium. nu. 14. & Michael Molino in reper-
torio fororum Aragonensium, verb. donatio-

61

G. vers.

vers, tertio, in fine.

* Et quamvis cum aliquibus de lepra Constantini dubitet Cano, de locis theologicis, lib. ii, c. 5. in fin. vers, quod deinde, de valore tamen donationis, & existentia non omnino dubitat. De qua ultra sup, allega, tractat, glos, verb, conferens generi, in auth, quomodo oporteat Episcopos, in princ, add, ad glos, verb, Augusti, ante rubricam. i. C. Cepolla, in tract, de cognitione libro, rū iuris canonici, nu. 6. Lloazes in d. cons, pro Marchione, dubit, i. in respons, ad 2, num. 3, & seq. Valle, cons, i. nu. 36, vol. i. Couarru, lib. 4, resolut, c. 16, nu. 8. Ioan, Hugo, de offic, quatuor prælat, part, 4, in vers, de translatione imperij in ecclesiā, n. 1, & seq, & in vers, de donat, Constan, et vers, seq. Restaurus Castaldus de Imperatore, q. 50, n. 15, & q. 51, vbi pulchre, & alij, qui integrōs de dicta donatione tractatus scripsérunt,

* Ex quibus Abbas in cons, 84, nu. 2, vers, nec oportet, part, 1, dicebat, nō esse procul ab hæresi, dubitare de dicta donatione Constantini, & refert Rol, a Valle, in cons, 88, nu. 29, vol. i, vnde animus Laurentij Vallæ datur intelligi, quilibet aduersus Constantini donationem scripsit, cui in terminis alio libro satisfacit Aug, Eugubinus, vt refert Couarru, in d, c, 16, nu, 8, & ideo cautius sunt legendi aliqui, dd, de dicta donatione agentes, & inter alios, sumariū ad Alberic, in, l. bene à Zenone, nu, 24. C, de quadrienni præscript, & Euerar, in loco à verisim, n, 15, vers, posset.

Quam

* Quamvis enim vulgo feratur, quod sicut ec⁶⁴ clesia orientalis, ob nimias paupertates, passa est multa incommoda, ita ecclesia occidental^e, ob diuitias, & pompas erat passura: item quod per eosdem passus, & gradus, per quos ecclesia ascēdit in temporalibus, per eosdem, est descensura ad pristinam paupertatem Siluestri: Item quod tempore factæ dictæ donationis per Constanti^{um}, audita fuerit vox, veluti e cœlo descendens, & dicens, hodie seminatum est venenum aspidū in ecclesia Dei: ut de ijs meminere Alberic, in. d. 1. bene à Zenone. nu. 24. Euerar. in. d. n. 15, vers. idem etiam. & Boer, in decis. 69, nu. 2, & 3.

* Hæc tamen omnia, si aliquius consideratio-⁶⁵ nis sunt, culpa solum ministrorum ecclesiæ dicta videntur, dum rebus ad usum concessis, abutun-[”] tur, de quibus Baruch, c. 6, dicebat, Coronas au-[”] reas habet super capita sua Diuillorum, unde sub-[”] trahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, &[”] erogant illud in semetipisis, dant autem & ex ipso[”] prostitutis, & meretrices ornant, & iterum cum[”] receperint illud a meretricibus, ornant deos suos.[”]
De ijs etiam S. Hieron, dicebat, quod vertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponen-[”] tes scandalum. c. transferunt, 24. quæst. 3. de ijs etiam loquutus est Ripa, de peste, c. fin. nu. 30, &[”] acrius ibi, c. 6. nu. 43. qui nimis mordet. Denique de ijs dixit S. Antonin. p. 4. tit. 7. c. 5. l. 5. verl. primus status, quod non esset venenum in eccl^e sia Dei: Si mundi ambitio, & avaritia, non possi-[”]

G 2 deret

deret eosdem, & propter hoc solebat dicere Pa-
pa Pius. 2. (vt in ei⁹ vita in fine refert Platina) vir-
tutes clerum ditasſe, vitia pauperem facere.

66 * Vnde licet supradicta, contra aliquos ecclæ-
siæ ministros, bonis temporalibus abutentes, &
clericis etymologiam non considerantes, iuxta ea
quæ supra allegauit, &c. c. clericus qui, &c. c. cui
portio. 12. quæst. 1. & Colonien. Conc. part. 2.
c. 2. possint procedere: cōtra diuitē tamē ecclæ-
siām, nec possunt, nec debent admitti. Non enim
est æquum, id haberi malum, quod pro bono
vti licet. Quia si ex hoc solo metiri volumus di-

gnitatem, & vtilitatem rerum, quod mali homi-
nes plerūq; illis abutantur: hac ratione, duces
non erunt vtiles, cūm multi fuerint proditores:
Nec magistratus, quia multi saepe sordibus cor-
rupti malè iudicant, nec elementa, quibus si per-
peram vtimur, pernicies sunt manifestæ. Quin
superiori cōsideratione attenta, sacro sanctæ chri-
stianæ leges, salutares dici non possent, quia ple-
rūq; ab impijs hæreticis, in perniciosos sensus
cōuertuntur: q̄ tamen vel cogitare absurdū es-
set notoriū, vt defendendo iurisconsultos, acutē
aduertit, Tiber. Decian, in apolog. cōtra Alcia,
c. 13. nu. 3. cum seqq. pro quo facit. c. 1. de sent.
excō. in. 6. dicēs, ex cōmunicationē medicinalem
esse: quidquid peruersi, & hæretici ea abutātur.
Cœuarr. in. d. c. alma mater. in initio, 1. part. n.
9. & Castr. de iust. hære. puni. lib. 3. c. 5. in vers.
tanquā, ostendēs, sacerdotiū nō ideo vilipendē
dum

dum quod aliqui mali sacerdotes reperiantur.

* Ex quibus reprobandum venit, dictum R^{ip}
pæ, de peste, c. 6. num. 43. dum ad. c. aurum. 12.
q. 2. dicebat, satis auri, imo satis veneni habet
ecclesia, adhuc Ripa. Ecclesia namqe ideo habet
aurum, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat
in necessitatibus. d. c. aurum, vt ita ampliori mo-
do procedat Pontificis dictum, quod sedes Apo-
stolica, consuevit se potentibus, exhibere libera-
lem. Reprobato ibidem, altero pessimo Egidij
dicto. Nam sanctæ Ecclesiæ, & sedi, ideo priuile-
gia data sunt, vt ab ea omnes oppressi, auxilium,
& iniustè damnati, restitutionem sumant; & talia
ab improbis ne præsumātur absqe vltione; nec
exerceantur absqe damnatione, c. ideo. 1. & 2.
2. quæst. 6. Hinc ecclesia vtrunque habet gladiū,
ad illud Lucæ. c. 22. ecce duo gladij hic, tangit
glos. verb. iurisdictionem, in. c. nouit de iudicijs.
Hippolytus in tract. bannitorum. verb. Papæ.
10. 2. nu. 176. quod declarat extrauag. vnam san-
ctam. s. in hac, de maiorit. & obed. in cōmun. &
restaurus castald⁹ in tract. de Imperatore, quæst.
50. nu. 18. & seqq. & quæst. 52. nu. 8. & seqq.

* In terminis vero, qe expediat vt ecclesia ca-
tholica abūdet facultatib⁹, duorū sanctorum, Bo-
nauē. & Brigi. autoritate, probat Benedi. in. d. c.
Raynunt. verb. & vxorē. deci. 1. nu. 7. dixit enim
Bonauent. S. Spiritus ordinatione actū esse, qe
ecclesia in tēporalibus abūdaret, cūm paucitātē
perfectionis inuenirētur, qui sine adminiculo tē-

poralium, onera ecclesiastica, susciperent. Beata etiam Brigidam dicebat, beatam Virginem Mariam, in quadam reuelatione, sibi haec verba dixisse. Ecclesia Dei primis temporibus, pauper erat in temporalibus voluntarie, procellu vero temporis, ut amici Dei feruentiores ad praedicandum verbum Dei, & expeditiores essent, & ut scirent, quod non diuitiae malae sunt, sed abusus earum, sub Siluestro, & alijs, bona temporalia Ecclesiae datae sunt. Videndus septimacens, de catholicis institu, c. 44, nu. 25. & seq. contra haereticos probans expedire, quod ecclesia abundet in temporalibus. Quod reasumit Soto de iust. & iure, lib. 9, quæst. 4, art. 1, vers. His autem insuper, & latius in lib. 10, quæst. 4, art. 5, et Couar. d. c. 15, nu. 8, vers. His accedit.

* Congruæ enim sunt gloria & diuitiæ in domo eius, psal. iii. & bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Ecclesiastic. c. 3, & utilior est sapientia cum diuitijs. Ecclesiastes. c. 7, cum alijs quæ de fructibus, & utilitatibus diuitiarum, commendant ubique, dd. dicentes, eas fidei iussores esse futuræ necessitatis, & alia similia, ut tradunt Cotta in memorab, incip. pecunia. Mar filis, in. l. 1, §. præterea, ex. nu. 43 + ff. de quæstionibus. Rebus, in procœmio concord, glos. verbis numaria, & glos. seq. & Tiraquel, in tract. de nobilit, c. 3, regius namq; propheta, non diuitias, sed abusum damnabat, in psal. 61, dicens, Diuitiae si affluat, nolite cor apponere, c. 1, ibi, Non usus rerum

rerum, sed libido vtentis in culpa est. 41. dist. vi.
dendus Tiraquel. theologos allegans in. l. Si vnu-
quam, verb. bona, nu. 4. C. de reuocan. donat.

* Est etiam ad ostendendū expedire, quod ec-
clesia abundet facultatibus, non minima conside-
ratio, videre, quod ecclesia, bona ista retineat,
qunimō pro conseruatione, quolibet anno, in
cœna Domini, Romæ, per summum Pontificē,
& Christi vicarium, excōmunicantur detinentes
patrimonium ecclesiæ, vt tangit Nauarr, in ma-
nual. c. 27. nu. 71. & S. Antonin, in summ. part.
3. tit. 24. c. 72. de quo patrimonio beati Petri, vide
d. c. Constantinus, &. c. ad apostolicæ. s. præ-
ter. & ibi notatur de re iudicata, in. 6. Abba. &
Feli. in. c. si diligenti. nu. 1. de præscriptio, quæ
omnia, catholica ecclesia non retineret, nisi vt ita
faceret, ab Spiritu Sancto fuisset erudita, vt in si-
mili de retinenda doctrina sacræ Eucharistiæ cō-
siderat Trid. Conc. sess. 13. in princ. vers. itaque,
maximè cùm ad periculum animæ, non multum
intersit, iniuste aliquid detinere; ac alienum inua-
dere. c. s̄epe, de restitu. spoliator, vbi glos. verb.
detinere, Tiraq. de pœnis temperan. causa, 44.
num. 11.

* Vnde tantum abest, quod Silvester Papa,
et Constantinus Imperator errauerint ecclesiam
dotando: quod vterque eorum, summis celebre-
tur encomijs, vt in memoria æterna sint iusti. I.
quoniam. C. de episco, et cler. nam Silvester, (vt
nōtum est) ab yniuersali ecclesia, sanctus prædi-

catur, die ultimo Decembris in hanc rem dicato:
 de Constantino autem imperatore, Græci quolibet
 anno festivitatem celebrant, die, 21. Martij,
 ex Bergomensi in Supplem. chronic, libr. 9. fol.
 180. vers. Cōstantinus itaq; in fin, & licet Illescas
 in moderna Hist. Pontifi. part. 1. lib. 2. c. 1. circa
 finem diem illum festum in honorem Constan-
 tini, vigesimum Aprilis esse apud Græcos asserat;
 cōcordat tamen in genere facti, quod dies festus
 celebretur Constantino, ubi refert S. Gregorii
 & S. Ambrosium, vocantes dictum Constanti-
 num sanctum, quod & facit Ioannes Montaign,
 seu Boer. ad tractatum de autoritate magni consi-
 lij. nu. 25. in fine.

* Et sic meritò, ut dixi, Constantiense Conci-
 lium in sess. 8. & bulla Marti, 5. inter alios, 33. &
 39. errorem dicti Vuiceloff damnarunt. Tenēdum
 enim est sine dubio, prædictam donationem, in-
 stinctu Spiritus Sancti fuisse factam, vt patet ex
 supradictis. & maximè ex. c. fundamenta, §. ne
 autē de elect. in, 6. ibi, non absque miraculo, &
 dicta bulla Marti, 5. & post alios aduertit Boeri
 in deciss. 69. nu. 2. * Vnde, dicentes per dictā
 donationem ab aliquo potenti Imperatore revo-
 cari posse, vel alias damnantes dictam donatio-
 nem: depreciationm ipsius Cōstantini, timeāt.
 quæ ita habet. Vnde coram Deo viuo qui nos re-
 gnare præcepit, & corā terribili eius iudicio obte-
 stamur, per hoc nostrum imperiale constitutum,
 omnes nostros successores Imperatores, vel cū-
 ctos

ctos optimates, satrapas etiam, amplissimum Se
natūm, & vniuersum populum, in toto orbe terē
rarum, nunc, & in posterum cunctis retrō tem
poribus, imperio nostro subiacentem, nulli eo
rum quoquo modo licere h̄ec aut infringere, aut
in quoquam conuellere. Si quis autem qud nō
credimus, in hoc temerator, aut contemptor ex
titerit, æternis condemnationibus subjaceat in
nodatus, & sanctos Dei principes apostolorum
Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura
vita sentiat contrarios, atq; in inferno inferiori
concrematus, cum diabolo, & omnib⁹ deficiat
impijs. Adhuc verba Imperatoris Constantini,
ex gestis beati Siluestri sumpta, & in, c. Constā
tinus, lo. 2 . in fin. 96. dist. relata.

* Ex quibus colligitur, prædictam donatio
nem, non solum factam fuile recte, hoc est secū
dum iustitiam, & rationem : sed etiam rite, hoc
est, secundum iuris solemnitatem, ita enim harū
dictionum vim obseruant, glos, in verb, recte, in
l. 2. ff. de inoffic, testam, & glos, verb, rite, in, l.
non putauit, §, non quæuis, ff. de honor, posse,
contra tab, & Tiraquel, in præfatione ad, l. Si
vnquam, nu, 33. & 35. C. de reuocan, donat, licet
aliquando vna dictio sit pro alia, glos, in verb, eas
verb, in, l. eas causas, ff. de condit, & demonst. &
sic intelliges hymnū in festo Pentecostes, ad ves
peras, ibi, Tu rite promissum patris; & hymnū
pro vno martire, incip. Deus tuorum, ibi, Cadu
ca rite deputans, ybi rite, idem quod recte sonat.

H * Et

* Et postquam de iustitia, & ratione dictæ donationis differuimus, solemnitas ipsius ex eo patet, quod assensu, & voluntate satrapum, optimatum, & senatus romanæ urbis dicta donatio facta fuerit, ut habetur. in. d. c. Constantinus, & d. s. ne autem, vnde nō obstabit doctrina, glos. in verb. non est. in. l. inuitus. ff. de fidei commissarijs libertatib. quod dominus non possit in aliū alienare ius vassalli, inuito vassallo, de quo articulo latè disputat Lloazes in consilio, demula, dubita. 1. in. 4. oppidi fundamento, & in respon sione. & in terminis, Rol. a Valle. in cons. i. nu. 34. cum seq. maxime. n. 36. vol. 1. quid quod per possessionem immemorabilem dictorum bonorum, tutissimum ius acquisitum fuit, & solemnites præcessisse credendū est. l. sciendum. ff. de verb. oblig. l. hoc iure. s. duct⁹ aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. c. super quibusdam. s. præterea, vbi glos. in. verb. extat memoria, de verb. signific. Craueta de antiquit. temporū. part. 3. in princ. Ant. Gabriel. lib. 5. concl. tit. de præscriptionib. conclus. 1. & Lloazes. in. d. dubita. 1. in respon. ad. 4. nu. 19. & 45. & in. 3. dubitatione num. 1.

* Rata ergo & firma, hoc est de iure, & de facto valida remanet dicta ecclesiæ donatio, vt in simili dictionum illarum vim obseruat glos. verb. ratum. & verb. firmum. in. l. id quod pauperib⁹. C. de episcopis & clericis. Lloazes vbi supr. in responce ad. nu. 3. & 4.

* Ex ijs verò, quibus apertissimè probauit, diui
tem esse ecclesiam, idque conuenire, in necessaria
riam consequentiam deducitur, expedire quod
etiam ministri ecclesiæ, & speciales filij clerici,
& sacerdotes participes sint, ex ijs facultatibus:
nam ministri euangelici plus habere debent quā
illi veteris testamenti, ut S. Clemens Papa libr.
2. apostolicar. constit. c. 34. insinuat. Quod secū
dum personarum qualitatem, plus vel minus, pas
sim iura probant, maxime. c. de multa. de præb.
in illis verbis. Circa sublimes tamen, & literatas
personas, quæ maioribus sunt beneficijs hono
randæ. c. studeat. in fin. 50. dist. ibi. Tale bene
ficiū ecclesiæ suæ cōcedatur, quo & ipse, & suī
sufficiēter possint habere suæ substentationis so
latum. c. extirpandæ. §. cum igitur, de præben.
ibi. Portio præsbyteris ipsi sufficiens assignetur
vbi gloss. in verb. sufficiēs. illud adnotauit, quod
minus sufficiat pauperi, quam diuiti. allegando
S. Aug. dicente, Nō cogātur diuites pauperū ci
bis vesci. c. non cogantur. 41. dist. Selua, de benefi
cio. part. 1. q. 5. ex nu. 223. maxime nu. 227. & seq.

* Pro cuius dicto facit, quod variādi sunt cibī se
cundū quod variantur personæ. Sunt enim qui
pane albo, pullis, & perdicibus; & sunt qui pane
grossō, castleo, cepis, & fabis vtantur. vt ad lites
ram obseruant. gloss. verb. ex libellis. & verb.
cibarijs. in. 1. seruis yrbanis. ff. de legat. 3. Iason
in. §. item si de dote. nu. 8. de actionib. Tiraquel.
de nobilit. c. 20. nu. 142. cum seqq. Chassaneus in

catal. glor. mūdi. part. i. considerat. 22. & seq. &
in terminis Redoan⁹ de spolijs ecclesiast. quæst.
3. q. sed in contrarium. nu. 13. & seq.

79 * Hanc etiam in terminis personarum differ-
entiam obseruat glos. in verb. qui mendicant,
in extrauag. execrabilis. Ioan. 12. de præben. mē.
dicitatē in clericis hoc modo cōsiderans, & dicēs,

80 Quid enim si homo illuīris genere, vel eminētis
“ scientiā habeat victum suum, sed iuxta decentiā
“ suam, indumenta, vel societatē, & alia necessaria
“ non habet, & solo victu, sine dedecore status sui
“ contentus esse non potest: negari nō debet, quin
“ iste secundum se mendicare dicatur, maxime cū
ob receptam sententiam, relictum sit in arbitrio
iudicis, quis dicatur pauper, vel locuplex. gloss.
verb. locuplex. & ibi. dd. in auth. præterea. C. vn
de vir & vxor. & Menoch. de arbitrar. iudicium.
lib. 2. casu. 65. nu. 7. Imō gloss. in verb. impoten-
tiam. in. c. constitutis. Io. 2. de appellationib. di-

cebat, quod cæteris paribus, clericus diues præ-
ferendus est pauperi, quia hoc modo cautiūs suc-
curritur ecclesiæ. Felin. in. c. Per tuas. Io. 3. nu.
1. de Simonia. sed vide. c. ad aures, & ibi notata. de
rescriptis. & Ioan. Selua. de beneficio. part. 3. q.
7. nu. 1.

80 • Vnde confunditur Ioan. Vuiclef. dictum.
dum in errore. 32. dicebat quodd ditare clericum
erat cōtra regulam Christi. meritoq; reproba-
tur hoc per Constantiense Concil. sess. 8. & per
bullam Papæ Mart. quinti.

Illud

* Illud vero vnum, quod summè necessarium est, & propter quod superiora dicta videntur, re⁸¹
stat ex præmissis colligere, quod si nō defuerūt,
(vt visum est suprà) qui in ministris ecclesiæ, ipsa
temporalia damnare tantarunt: quanto maiori, &
urgentiori occasione moti, illi & alij in scandalū
incident, si ecclesiæ ministros abuti temporali-
bus videant: & ligneos sacerdotes, aureis vtētes
calicibus cōsiderent: vt infra, part. 2. n. 161. dico.

* Considerent ergo, currentq; ministri ecclesiæ,
per viscera Domini nostri Iesu Christi: ita de red-
ditibus ecclesiasticis disponere, ne scandalum in
populo, & Dei ecclesia generet, & scandalizan-
tiū poenas grauissimas patientur, ad illud Matth.
c. 18. & ea quæ de scando aduertunt, Nouellus
in reg. 201. incip. scandalū, & Couarr. in. c. pec-
catum. part. 1. nu. 3. in fin. & nu. 4. de reg. iuris,
in. 6. Similium namque clericorum, communiter
mors terribilis est, vt aduertit Felin. in. c. de quar-
ta. nu. 33. in fin de præscriptionibus.

* Si enim laici (qui vt patet magis liberè quam
clericī, bona possident,) regulatum modum in
expendendis redditibus suis seruare debent, vt do-
cuit Dominus Luc. c. 14. dicens, quis enim ex vo-
bis volens turrim ædificare, nonne prius sedens
computat sumptus qui necessarij sunt? &c. et pro-
bat. l. ius alimentorum. vers. modum. ff. vbi pu-
pillus educari debeat. vbi gloss. in verb. redditū,
dicit, ita esse expendendos redditus, vt in fine an-
ni aliquid supersit, Chassen, in cōsuetud. burgū,

H ; rubr.

rubric. 6. §. 4. vers. vestir. nu. 1. & Palacios. in. d.
c. per vestras. in princ. §. 18. in. n. 29. in fin. & nu.
seq. quanto maior consideratio in viris ecclesi-
sticis exigenda erit. in fructuum dispensatione:
ut ita declares Abba. dictum. in. c. ex literis. nu.
3. vers. item nota. de iurepatro. quod beneficiari
teneatur patrono saltim ecclesiastico ratione redi-
dere. de administratione honorum temporalium
dicti beneficij. & Läber. de iurepat. lib. 3. quæst.
2. art. 5. vide tamē ad hoc Conc. Trid. sels. 25. de
refor. c. 9. vers. patroni.

84 * Hospitalitati ergo. & pauperum vīsib⁹ inten-
dant clerici. & ministri ecclesiae. prout tenentur.
in summ. 8c. c. 2. dist. 42. c. fratrē. 86. dist. & seq.
c. 1. & per tot. 12. quæst. 1. c. quoniam quidquid
16. quæst. 1. Vrban. l. in epi. in vers. non ergo de-
bent in alijs vīsibus. gloss. verb. debita. in extraua.
execrabilis Ioan. 22. de præb. Concil. Parisiense
temporibus Gregor. 4. Papæ. lib. 1. c. 14. & Con-
cil. Trid. sels. 25. de refor. c. 8. Ne aliter facientes.
ad restitutione teneātur. vel (restitutione excep-
ta) grauem culpam cōmittant. Secundum ea que
aduertunt. dd. Ripa de peste. in. c. 5. ex nu. 149.
vīque ad num. 173. & Couarr. in. c. cum in offi-
cij. nu. 3. de testam. ex quibus latè possem articu-
lum istum ampliare. Sed quia Mart. Nauarr.
& Franci. Sarmiento integros de redditibus ec-
clesiasticis tractatus scripserunt. ad eos. clericos.
cæterosque ecclesiasticos remitto. & ad Marsiliū
de redditib. eccles. c. 21. & seq. vbi plenē. ne trans-
cribe-

scribere videar, quod est indignum, teste Felino
in. c. si quando. nu. 8. in fin. de rescript. & quod
solet inutilem librorum multitudinem generare,
Ex Roderico Zoares. in allegat. 23. nu. 4. de quo
dolet Neuizannis in quæst. quomodo posset re-
seccari tanta librorum multitudo.

* Signanter tamen, ad hanc regulatam fruc- 85
tuum ecclesiæ distributionem, aduertere debent
ministri Ecclesiæ, proprium alias habentes pa-
trimonium.

Nam quamuis indubitatum sit, clericū posse
licite reseruare patrimonium, & de redditibus ec-
clesiæ viuere, cùm qui altari seruiunt, viuere de-
beant de altari, ad Corinth. c. 9. c. cùm secundū.
de præbend. Abbas in. c. postulasti, nu. 4. de re-
script. & in quæst. 4. nu. 1. Couarr. in. c. 1. nu. 2.
de testam. Sarmiento vbi supr. part. 1. c. 1. nu.
18. & Soto de iust. & iure, lib. 10. quæst. 4. art. 3.
in solutione argumentorum, vers. est autem apud
Panormit. pro quibus facit, c. tuis. de præben.
iuncto. Trid. Conc. sess. 21. de refor. c. 2. vbi ha-
betur de ordinato ad patrimonij titulum:

* Nihilominus tamen, clericus beneficium ha- 86
bens, & patrimonium, arctiori modo ad onera
ecclesiastica tenetur, & ad succurrendum paupe-
ribus. vt aduertit, S. Thomas, quem allegat Feli-
nus in. c. per tuas. 10. 3. nu. 1. & 2. de simonia, in-
ter alia dicendo, quod si talis clericus Ecclesiam
ruentem reparare omittit, peccat mortaliter, nec
cum excusabit tenuitas reddituum Ecclesiæ; quæ-

uis alium clericum non habentem aliás patrimoniū, tenuitas reddituum ecclesiæ excusaret, & hæc sufficiente de secundo in ecclesiasticis incommodo.

S. 3. Luxuriam detestatur, & celibatum sacerdotum commendat, & differentiam tangit inter graecos, & latinos clericos.

37 **T**ertium autem & ultimum incommodum, quod sacerdotalem statum, & ecclesiasticā monarchiam maxime destruit, incontinentia est, & luxuria.

Ecclesia namque catholica, sacerdotibus, & sacro ordine præficiendis continentiam, & castitatem indixit. ut est videre per confirmatum Carthaginense Concil. 2. in cano. 2. doctrinam Apostolorum allegans, ut habetur in. c. cùm in præterito. 84. dist. definit etiam hoc, Calixtus Papa, in. c. præsbyteris. 27. dist. S. Papa Innocen. in c. proposuisti. 81. dist & Greg. Pontifex, qui scribens Petro subdiacono dicebat, nullū facere sub diaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victus rum castè promiserit, quia nullus ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas, ante susceptum ministerium fuerit approbata. habetur. in. c. r. dist. 28. ubi per tot. & etiam. 32. distinct. plura in hanc rem allegat Gratian⁹, vidēda glo. verb. sacramētis. in. d. c. cùm in præterito. & glo. verb. planè. in. d. c. proposuisti, bonus tex. in. c. vñico, de voto. in. 6. ibi, per susceptionem sacri ordinis, & tit. de clericis qui nuptias contrahere non

non possunt, in Nouel. & in constitut. 3. Leonis Imperatoris,

* Si enim gētilium sacerdotes (de quibus Tex-
tor in officina, tom. 2. tit. sacerdotes Deorū) (cū
falsis, & immūdis ministrassent dēmonibus. psal.
95. ibi, Omnes dij gentium dāemonia. S. Antonin.
part. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. in princ. & Castro, aduer.
hāeres. verb. Sacerdotium, hāresi. 1. vers. admo
neo) castitatem seruabant, teste S. Aug. in serm.
37. in fin. ad fratres in eremo, vel castrādo seip-
sos, vel abstinentia cibis, venerem prouocan-
tibus, vt tangit Textor. vbi supr. tit. castissimi.
vers. Origenes, & copiose Tiraquel, in. l. 15. cō-
nubial. nu. 119. & 121. & seq. Quid Dei veri sa-
cerdotes facient? ministrantes illi, qui per Moy-
sen, Leuit. c. 20. dicebat, Sancti estote quoniā ego
sanctus sum. c. plurimos. 82. distin. & qui per
Elaiam. c. 52. dicebat, Mundamini qui fertis va-
sa Domini. & per Apostolum ad Titum, c. 1.
Omnia munda mundis; nā qui sancti non sunt,
sancta tractare non debent. c. Maximianus. 81.
distin.

* In hac autem Clericorum continentiae
materia, illa in primis se offert notabilis inter
Grēcos, & Latinos differentia. Nam aliter se
habet Orientalium traditio Ecclesiarum, aliter
huius Sanctae Romanæ Ecclesiae. Quoniam ea-
rū Sacerdotes, Diaconi, atque Subdiaconi ma-
trimonio antea copulato vtuntur: Istius autem
Ecclesia, vel Occidentalium, nullus Sacerdo-
maup

tum, à Subdiacono vsque ad Episcopum, licet
centiam habet coniugium sortiēdi, vt ex Steph.
Papa, habetur in. c. aliter. 31. dist. vbi gloss. & do-
ctores declarant, tangit gloss. verb. sacramentis.
in. d. c. cùm in præterito. Trotius. vbi supr. lib. 2.
c. 10. nu. 4. & seq. & Francisc. Guzman de cœliba-
tu ministrorum altaris. in. 3. dubio, in arg. ad pri-
mam assertionem. & ibidem in assert. 3.

* Græca autem ecclesia, canones de clericorum
90 cōtinentia, à principio editos, nō admisit, ex quo
ad eorum obseruantiam non tenetur. iuxta ratio-
nem. l. de quibus, ff. de legibus. ibi, nam ipsæ le-
ges nulla alia ex causa nos teneāt, quam quod ius-
dicio populi receptæ sunt. text. in foris Valent.
c. 25. soluto matri. ibi, Perço com aquells no con-
sentiren en la editio del dit fur, quæ verba, pro-
bant, quia dispositio fundatur in ipsis. ex notatis.
in Clemen. literis de probatio. & per Crauet. in
tract. de antiquita. tempo. part. i. §. propositum.
num. 15. cum seq. facit etiam, quod decretū The-
lesphori Pap. quod clerici à quinquagesima ieiu-
nandi propositum susciperent, & à carnibus ab-
stinerent, quia moribus approbatū non est; ideo
aliter agentes, reos transgressores non arguit, vt
post diuum August. quem allegat, tradit Bene-
dictus in. d. c. Raynuntius. verb. & vxorem. in
princ. nu. 229. quod nota ad. c. denique. 4. dist.
& in simili hoc videtur sentire Gigas, de pensione
quæst. 26. in princ. dicens, annatarum materiam,
ab Anglicis, solum in episcopatibus, receptam,
quam

quam in Francia non esse receptam, testatur Re-
buf. in concord. Galliæ. tit. de annatis in princ.
& in terminis quod ex eo quia Græci, non admi-
serunt à principio dictos canones cōtinentiæ, sint
liberi ab eis, tangit gloss. verb. conuincitur. in. c.
de libellis. 20. dist. & c. cūm olim. de clericis cō-
iugatis. ibi. Nos igitur attendentes quodd orienti-
talis ecclesia votum continentiae non admisit. &
ibi notant doctores. Licet vnum mirabile (si ta-
men verum est) dixit Baldus, propter hanc dif-
ferentiam Græcorum. videlicet, quod illi nō gau-
deant priuilegijs concessis occidentalibus clericis.
& Baldum allegat. additiō in verb. cōtinentes, ad
abbatem. in. c. quod à te, sub. nu. 1. de clericis cō
iugatis. & Cotta. in memorab. clerici non pos-
sunt. vers. sed quid in clericis orientalibus. & Re-
migius de Gōni. in tract. de charitatiuo subsidio.
quæst. 65. nu. 8.

* Sed tamen licet Romana ecclesia, gr̄cos (sibi
de iure subiectos, c. final. de baptismo. c. roga-
mus. 24. q. 1. vbi glo. fin.) morem regionis suæ in
hoc seruare permittat, quod tamen in secularib⁹,
Romani Imperatores, non permittunt, auth. de
Armenijs, & vt ipsi romanas per omnia sequātur
leges; latinos vero, seu occidentales clericos, ad
obseruātiā dictæ continentiae teneri, manifestē
constat. ex supra allegatis. &. c. vt clericorum.
de vita & honest. cler. Vnde Trid. Conc. sess. 23.
de reform. c. 13. illis conferendos esse maiores or-
dines statuit, qui sperent Deo autore se cōtinere
posse.

posse. vt prædixerat beatus Greg. d.c. nullum. tā
tum enim abest, vt cōiugatos ad sacerdotium ad-
mittat, vt diligenter inuestiget, cuiusmodi fuerit
ordinandi antea ducta, & vnica, & virgo coniux.
quo casu, alio non impediente, cœlibem admittit.
ad. c. fin. 26. dist. & rub. de bigamis non ordinan-
dis. & ita intelliges. gloss. verb. coniugia. in. l. 2. in
fin. C. de epif. & cler c. Episcop⁹ qui filios. 1. q. 2.
c. 1. de testam. vbi Ioan. Episcopus nurum suam
hæredem instituit, & cōstitutionem. 2. Leonis in
auth. & vide Ioan. Maiolum. de irregularitatib⁹.
lib. 1. c. 12. nu. 1. & 2.

92 * Quomodo vero possit sacerdos aliquē in filiū
adoptare. tāgit Angelus in. §. minor em. nu. 7. de
adoptionibus. Alexā. in. l. gallus. §. quid si is qui
filium. nu. 10. ff. de liberis & posthu. Sed totā eo-
rum doctrinā, confundere videtur forus Valē.
§. de adoptionibus. lib. 7. maternis verbis dicēs.
A quells qui muller no aurā, empero segōs dret
hauer ne poran, poden afillar altres. vbi non im-
possibilitatem naturæ, sed iuris cōsiderat. & hæc
per supradicta, est in sacerdotibus. Cūm id pos-
sumus, quod iure & honeste possumus. l. nepos
proculo. in fine. ff. de verborum signifi. c. faciat.
22. q. 2. vbi glof. & additio marginalis.

93 * Ex superioribus vero constat, erroneū esse,
yelle sacerdotum cœlibatum damnare, vt volup-
tuosus volebat Mart. Lutherus, cui in terminis
satisfacit, Castro, aduer, hæreses. in verb. sacer-
dotium, hæresi. 4. videndum Senonense Conci.

in

in decretis fidei, c. 8.

Et quamuis de ipso Luthero hæresiarcha,⁹³
voluptatum amatore, monacho apostata, & cū
moniali nuptias celebratæ, vt referunt Castro vbi
supr. verb. Papa, in princ. & verb. sacerdotiū, hæ-
resi. 4, in princ. & verb. virginitas, vers. post istos,
& vers. vt autem Petrus de Salazar in chronica
guerræ Alemaniæ, part. 1. c. 7, & Illescas, de pon-
tificiali historia, part. 2. lib. 6. c. 24. §. 11, &, 13. nō
fuerit admodum mirandum, voluisse supradictū
seminare errorem, tollendi sacerdotum cœliba-
tum; mirandum est tamen, alios catholicos viros,
(à correctione tamen & obedientia ecclesiæ non
discedentes) sentire, congruum esse, matrimoniuū
concedere clericis, & sacerdotibus.

* Nicolaus enim de Tudeschi, Abbas, & Ar-
chiepiscopus Panormitanus, (canonistarū prin-
ceps, ex Tiraquelle, in. 1. Si vñquam, verb. reuer-
tatur, nu. 66. C. de reuocan. dona,) in, c. cum olim
nu. 5. de clericis coniugatis, per expressa verba
ita scriptum reliquit, dicens, Credo pro bono, &
salute animarum, quod esset salubre statutum, "
vt volentes continere, & magis mereri, relinque- "
re voluntati eorum, non valentes autem con- "
tinere, possint contrahere; quia experientia "
docente, contrarius prorsus effectus sequitur "
ex illa lege continentiae, cūm hodie non viuant "
spiritualiter, nec sint mundi, sed maculantur il- "
licito coitu, cum eorum grauissimo peccato, "
vbi cum propria vxore esset castitas. Adhue

70

verba ad literam abbatis, quem post aliquos annos, in sententia laudauit Aeneas Silvius, qui postea fuit Papa Pius. 2. dicendo, nuptias sacerdotibus magna ratione sublatas, & maiori ratione esse restituendas, ut referunt Neuisannis in Sylua nuptiali. lib. 1. nu. 134. & Platina in vita dicti Pij. in fin.

95 * Sed tamen petitionem istorum, & similium executionem non mereri, tum ex supradictis constat, tum quia, si laici ut orationi vacent, ad tempus à coniugali coitu abstinere debent. 1. ad Corinth. c. 7. Sacerdotes ergo euangelici, quibus orandi semper, & sacrificandi officium est, non ne semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere: ut inter alios considerarunt venerabilis Beda, relatiue in c. sacerdotibus. 31. dist. & S. Innocentius Papa. c. proposuisti. 82. dist.

96 * Necessarium vero erit, supradictis duobus doctoribus, ad plenum satisfacere. Ordinem igitur degradationis sequendo, ab ultimo nominatio inchoando, arg. c. degradatio. s. clericus igitur, de pccnis, in 6. dicendum est, dictum Aenea Silvium, dato quod aliquando habuerit illam opinionem, quod expediret reddere nuptias clericis: quod mutauit sententiam, cum ille ad Pontificatum assumptus est. Quod solum verisimilitudinis fundamentum habet, sed ad hanc verisimilitudinem, moueor ex sequentibus-

97 * Et primò, quod cum speculativa & conclusiva, quæ est utilior intellectus pars, non semper fit

sit eadem, vt allegando Baldum tradit Cotta in memorab. incip. statuto Mediolani disponitur. vers. nihilominus. in fin. facit. l. quia poterat. ff. ad Trebellianum, dicens, quod variae sunt homi-
num voluntates. Nicol. Moronus de treuga, &
pace. quæst. 54. ex nu. 10. & quæst. 61. nu. 10. &
Tiber. Decianus in apolo. contra Alciatum. c. 13.
ex nu. 5. & c. 20. hinc est quod quælibet honesta
persona, cautiūs & citiūs quam potest, errorem
suum corrigit. Felinus in. c. qualiter & quādo lo-
i. nu. 5. verf. nota tertio. de accusationibus. & Cot-
ta vbi supr. moueturque ad hoc propter diuersa,
& superuenientia phantasmata, quæ diuersas in-
tellectiones generant, ex philosopho. Quod au-
tem dictus Aeneas Silvius, opinionem superiorē
mutauerit, Illud mouet, quod (referente Platina
in eius vita, in fin.) eum dixisse cōstet, quod chri-
stiana fides licet miraculis nō esset approbata, ex
honestate tamen sua, recipienda esset. Modo au-
tem quid magis honestum, quam quod sacerdo-
tes cœlibatum seruent?

* Præterea, quia licet deiure, mutatio volun-
tatis non præsumatur, l. cùm tacitum. & l. eum
qui voluntatem. ff. de probationib. Rol. a Valle.
conf. 77. nu. 32. vol. 1. Craueta de antiquitate tem-
porum, part. 4. §. materia ista. nu. 115. & Tiraq-
(in muliere limitans.) l. 9. connub. nu. 133. præsu-
mitur tamen voluntas aliquando mutata, non so-
lum per aliquid factum, sed etiam per non factū,
vt cōsiderat Craueta in cōs. 91. nu. 10. vol. 1. vnde

cum Aeneas Silvius, qui dictam opinionem habebat, poste ad pontificatum peruererit, & potuisse pro desiderio suo, nuptias sacerdotib^r (de creto facto) concedere, cum non sint prohibitae de iure diuino, ut est notorium, nam si fuissent de iure diuino, omnino esset reproba Græcorum consuetudo, manendi in matrimonio, ut post alios considerat Trotius, in tract. vbi supr. lib. 2, c. 40. nu. 3. Sequitur ergo dicendum, ipsum Silvium in pontificatu mutasse voluntatem, & sic quod nuptiae iusta ratione sint prohibitæ clericis, & maiori ratione post hac prohibendæ. Ne dicamus magnum illum virum, in re grauissima obliuiosum fuisse, quod tamen Plinius non admittebat, & in simili tradit Rojas de hereticis, part. 1. nu. 88. in fin. & quamuis in principe ob multitudinem negotiorum, etiam in facto proprio obliuionem admittat, c. ex parte. in fin. de capellis monacho. & Graueta, in cons. 241. nu. 20. vers. videmus. vol. 2. Adhuc tamen in retam graui, & contra syndesim, & legem intellectus, non videtur admittenda dicta obliuio. & sic dicendum est, eum tacite a priori discessisse opinione.

99 * Quod si in priori sententia permanxit, quod melius sit nuptias reddere clericis, cum illud non ut Pontifex statuens, sed ut particularis persona dixerit, (salua tanti viri pace) dicere possumus, ipsum in sua opinione potuisse errare. Sic enim in simili aliquando non admittuntur opiniones aliquæ doctissi. Innocentij Papæ. 4, quas ut particu-

ticularis doctor, in decretales epistolas scripsit.
Imò in fortioribus terminis loquitus est Alfon.
à vera Cruce, in speculo coniugiorū, part. 2. art.
21. quem per te ipsum vide, & aliquorū pontificū,
qui ut particulares defecerunt, meminere Deci⁹,
conf. 131. nu. 1. & 4. Tiraq. de nobilitate, c. 31. nu.
537. in fin. & S. Antonin. in summ. part. 3. tit. 22.
c. 7. in fine. vers. & cùm omnia posuit, quæ faciēt
ad notata in. c. si Papa. 40. distin.

* Ex quibus satiūs, & consultiūs erit adhærere 100
Calixto Papæ decidenti, in. c. præsbyteris. 27.
distin. Gregorio Pontifi, in. d. c. nullum, sancto
Pontifi. Innocentio. 1. in. d. c. proposuisti. 82.
distinct. & Carthagin. Concil. 2. in cano. 2. de
quo in. c. cùm in præterito. 84. distinct. vbi do-
ctrina Apostolorum allegatur: quæ mihi vi-
detur illa quæ est, in. 27. canone Apostolorum,
vbi habetur, Innuptis autem qui ad clerum pro-
uecti sunt præcipimus, vt si voluerint uxores ac-
cipiant, sed lectores, cantoresq; tantummodo, ..
vbi clericis seruanda castitas præcipitur: quam
adhærere Aeneæ Siluij considerationi, contrariū
attestanti, & nihil decidenti, quod tanquam pro-
positum in mente retentum, nihil operatur. vul-
gata. l. si repetendi. C. de condit, ob caus.

* Restat modo, vt Abbatii Panorm. in sua peti- 101
tione supra ad literā relata, satisfaciamus. Funda-
mēta enim ipsius, (quod etiā salua pace dixerim)
firmā nō sunt, vt ex infrā latiūs dicendis, patebit,
dū illiusferè omnia verba attentius cōsideramus.

K In

In primis autem dum Abbas, exigit Pontificis statutum, quod permittat continere volentibus, & non valentibus uxorem ducere; aut intelligit hoc in hominibus existentibus a principio in laicali statu; aut in iam admissis ad sacros ordines? (vt valeat argumentum a partium enumeratione) si de primis intelligit, superuacula est petitio, hoc enim sine alia declaratione cuilibet iam permisum est. 1. ad Corinth. c. 7. c. de viduis. 2. in. 27. q. 1. Non enim Ecclesia cogit aliquem, ad sacerdotium, immo initiari petentibus, expresse declarat, quod si nolunt continere; in saeculo libere remaneant.

* Quod si aliqui in aetate potenti ad deliberandum, (talibus enim sacri ordines conferuntur) consulte, ad sacerdotium volunt peruenire; iuste possunt ab Ecclesia, ad legem continentiae obligari. Nam in traditionibus rerum, quodcunque pactum sit appositum, id valere manifeste constat. I. traditionibus. ff. de pactis. & in foris Valent. c. 19. eod. tit. lib. 2. & in terminis ita considerat glos. in. d. c. nullum, Secundum naturam namque est, ut eum incommoda sequantur, quem commoda sequuntur. I. secundum. ff. de regulis iuris. & quem honorat testator in testamento grauare potest. I. ab eo. C. de fideicommissis. vnde iuste potuit ecclesia hanc conditionem indicere illis, quos per sacros ordines, admirabilis excellentiae dignos & participes declarat, vt in simili considerat Dominus Card. Gabriel Paleotus (promotor meus)

ad gradum doctorat⁹ in utroque iure Bononiæ) in tract⁹ de nothis spurijsq; filijs, in. c. 58. nu. 1. vbi beneficia data esse propter sacerdotij onera considerat.

* Magis autem offendaret Abbatis petitio, si 103
(vt sentit) de iam admissis sacerdotibus intelligatur, quod non valentes continere, possent ex decreto Pontificis uxorem ducere. Hoc enim nunquam in ecclesia Dei statutum fuit, nec Græci sacerdotes faciunt, qui solum matrimoniu⁹ ante ordines contractu⁹, post susceptos ordines retinent. d. c. aliter. d. c. vt clericorū. d. c. cùm olim. gloss. verb. suscep̄erat. & verb. ex loco. in. c. de Syracusianæ, in fin. 28. dist. Nam actus ille sacrorum ordinum, cum continentia conditione & requisito, à principio (sicut cæteri actus) voluntarius: merito ex post facto necessarius est. I. sicut initio, vbi Bal. C. de obligatio. & actio. & in foris Valent. in. c. 11. eo. tit. lib. 4. d. c. de viduis. ib. Sicut enim si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum nubere nullatenus vetabantur; sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitia debent custodire.

* Præterea etiam si sacerdotibus videretur dāda cōtrahendi matrimonium facultas, illa unifor miter in omnibus esset obseruanda, & non secundum Abbatem, vt non valentes cōtinere possent contrahere: & valentes continere, relinquere eorum voluntati. Absurdum enim, & derisoriu⁹ scādalum in eodē populo ista diuersitas generaret,

videlicet vnos videre sacerdotes non coniugatos
 qui cōtinere possent, & alios inspicere cōiugatos,
 qui continere nō valerent. Hæc enim ministrorū
 diuersitas, non minima Ecclesiæ incōmoda adfer-
 ret, arg. c. cūm secundū. de tēporib. ordinatio. in
 illis verbis, Nolumus de cætero cōmixtiones &
 cōsuetudines rituum in ordinibus obseruari. Bo-
 num enim est & iucundum, fratres habitare in v-
 num. Psal. 132. & eadem res non debet diuerso
 iure censeri. l. eum qui, in fin. ff. de vsucapio. &
 in eodem genere personarum æqualis debet esse
 lex. c. erit autem lex. dist. 4. quod ipsemet Abb.
 in alio proposito sentit, in. d. c. cūm olim. nu. 4.
 ibi, Secus dic, quando in eodem genere per-
 sonarum, &c. Hac si quidem attenta differentia, sa-
 cerdotes non coniugati, nedum laicis, sed etiam
 alijs sacerdotibus coniugatis, viderentur infesti.
 Ex quo plura mala possint oriri. tangit Soto de
 iust. & iure, lib. 7. quæst. 6. art. 2. in respons. ad
 2. vers. adde quod.

* Sed tamen indistinctè, incommoda ex con-
 cesso omnibus sacerdotibus coniugio, non mini-
 ma essent. Clericus enim hoc modo, duas videre-
 tur habere vxores, quando ecclesiæ, quæ vxor est
 clerici, c. sicut vir. 7. quæst. 1. & c. sicut. 21. qu. 2.
 gloss. in. c. 1. verb. cōiugiorum. 34. quæst. 1. ad-
 deretur alia vxor, ex petitione Abbatis. Vxorū
 autem pluralitas à iure prohibita est, l. eum qui
 duas. C. de adulterijs. c. 80. & seq. tit. de crimin. in
 foris Valē. Rojas de hæret. part. 1. ex nu. 540. Co-
 uarr.

uar. in. 4. par. 2. c. 7. §. 3. maximē. n. 6. & A vera cru
ce. vbi sup. par. 2. ar. 14. cum seqq. maximē in art.
21. agēs quomodo antiquis patrib⁹ licuerit plures
habere vxores, an ex mōre, vel ex Dei reuelatio-
ne. ad. c. gaudem⁹. in vers. nec vlli. de diuor. & hāc
rationē, inter alias cōsiderant. dd. in. c. quod à te,
maxime. Abb. nu. 3. de clericis coniugatis ne per-
mittatur clericis coniugium.

* Præterea, ex clericorū permisso cōiugio, maⁿ 106
nifestū sequeretur incōmodū, quod dispensatio
ecclesiasticorū honorū, carni & sanguini, in nota-
bile damnum pauperum Christi, deseruiret, Cūm
tūc clericus necessario diuīsus esset, quod est sum-
mē notandū. Trotius vbi supr. lib. 2. c. 40. nu. 7. &
Soto de iust. & iur. li. 7. q. 6. ar. 1. in ratione. 6. &. 8.

* Deinde ex dicto permisso coniugio, continen- 107
tiū numerus, notabilem pateretur diminutionē,
cūm tamen ecclesiasticæ monarchiæ inter sit, plu-
res gradus continentium esse, vt in laicali statu
considerat Montaignus seu Bōerius in tracta, de
autoritate magni consilij. num. 37. dicens, quod
diuer sitas officiorum, statuum, & graduū requiri-
ritur in parte laicorum, quæ faciunt ad perfectio-
nem alicuius regni. facit. l. fin. ff. de nundinis. ibi,
indiget enim ciuitas pluribus. Tangunt Ripa, de
peste. c. 4. nu. 18. Valle, in conf. 80. n. 19. volu. 3.
& in terminis. S. Antoni, in summ. in plogo part.
3. maximē. in. §. fin. & idē Abb. ex. c. dudū. n. 10. de
cōuersione cōiugatorū. adnotauit, quod interest
habere plures contemplatiuos. Vnde sicut totū

euellere continentium statum, esset absurdum; c.
 " 1. §. fin. ibi, virgines & continentes, de summa tri-
 nitate, clem. 1. §. Sane, de religiosis domib. cum
 alijs quæ de cœlibatu scripsere, Masquardus de
 Susannis, Michael Medina, & Francis. Guzmā,
 doctores, in. l. i. C. de infirmandis pœnis cœli-
 batus, & Couarr. in. 4. part. 2. c. 8. ex nu. 2. pa-
 ri etiam ratione incommodum esset, continentū
 statum minuere, ut sentit idem Abbas in. d. c. 1.
 §. fin. in finalibus verbis, eadem enim est ratio, de
 toto quo ad totum, quæ est de parte, quo ad par-
 tem. I. quæ de tota, vbi Bart. ff. de rei vendica.

108 * Sed interim illud quod in dicta petitione sen-
 tire visus est Abbas, sub silentio transire non de-
 bet, dum impossibilitatem cōtinentiæ videtur fa-
 teri, in illis suis verbis, non valentes autem conti-
 nere, &c.

Nam dato quod continentiae obseruatio dif-
 ficilis sit, ut omnes experiuntur, probat. c. inten-
 gritas. 32. quæst. 1. & gloss. verb. a nativitate, in. c.
 fin. de purga, cano. dicens, quod pauci sunt con-
 tinentes. Dixit enim Sapiens. c. 8. nō possem esse
 continens nisi Deus det. & Apostolus ad Roma.
 c. 7. Video autem aliam legem in membris meis,
 repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem
 me in legem peccati, c. sed pensandum, 6. distin.
 & diuus Hieron. teste Bened. in. d. c. Raynunt.
 verb. cuidam petro. nu. 46. in fin. dicebat, in car-
 ne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed
 cœlestis; non tamen ex ijs sequitur, quod vellit
 sancta

sancta mater Ecclesia, sacerdotibus continentiam indicendo, impossibilem condere legem, cum non sit solum fidelium mater, gloss. 1. in Clem. 1. de summa Trinitate; sed sit pia mater, Conc. Trid. sess. 13. in decreto prorogationis in medio, Couarr. in d. c. alma mater, part. 2. in initio, nu. 1. de sententia excommunicationis, in. 6. vnde non est dicendum, quod per dictam continentiam, laqueum iniijcere voluerit clericis, 1. ad Corinth. c. 7. d. c. de viduis, nam mater, nec potest nec debet obliuisci filium suum, c. ad roman. lo. 2. 2. quæst. 6. & Conc. Trid. sess. 18. de librorum delectu, in vers. quoniam, ibi, Quæ quos peperit, obliuisci non potest.

* Christiana enim lex vera & catholica, quam 109
per bonitatē & misericordiam Dei, profitemur,
non est præceptorum impossibilium, ut perperā dicebat Auerrois, quem allegans repræhendit ē nostris, Neuisannis in sylua nuptiali, libr. 1. nu. 121. nā veritas ipsa Iesus Christ⁹ dominus, Matth. c. 11. in fin. dicebat, Iugum meum suave est, & onus meum leue, & Ioann. Apostol. in epist. 1. c. 5. dicebat, Mandata eius custodiamus, & manda ta eius grauia non sunt. Tradit Conc. Trid. sess. 6. in decreto de iustificatione, c. 11. & iterum ibid. in cano. 18. Tangit S. Anton. in summa, part. 1. tit. 15. c. vnico. maxime, in. §. 4. vbi de lege agit euā gelica. Apostolus etiam. 1. ad Corin. c. 10. dixit quod non permettit Deus quenquam supra id quod possit, tentari. Tradit Zabarel. in. c. dudū.

nu. i. vers. septimo nota, de conuersione coniugatorum. & omnia possumus in eo qui nos confortat. ad Philippen. c. 4. & videndus Francis. Guzman, de cœlibatu ministrorum altaris, dubio. 7. probans in ministris altaris, cœlibem vitam obseruatū possibilem. Vnde superiū Abbatis dictū, nō de impossibilitate continentiae, sed de illius difficultate, intelligendum erit, arg. c. quod a te, juncta glos. i. de clericis coniugatis, ne doctissimum virum, tam apertum errorem dixisse fateamur.

110 * Mouetur præterea Abbas vbi sup. vt desideraret statutum, relaxans clericorum continentiam, quia experientia docente, (vt ipse dicit) contrarius prorsus effectus sequitur ex illa lege continentiae, cùm non viuant spiritualiter, nec sint mundi, sed maculantur cum illicito coitu, vbi cum propria vxore esset castitas. adhuc Abbas.

Huic autem Abbatis considerationi, in qua totum posuisse videtur fundamentum, efficacius respondendum erit, vt totum ædificium ipsius ruatur dum illud, ad tantam rem, levissimum esse constet. arg. l. 2. §. fin. ff. de donationibus. c. c. Vm Paulus. 1. q. 1. Tiraq. in tract. de causa cessante,

111 * Fateor autem catholicam matrem ecclesiam, aliqua rationabiliter, & consultè aliquando ordinata, subiectorum utilitate poste à sic exigente, in melius cōmutare posse, & cōmutasse. d. c. alma mater. c. non debet. de consang. & affini. & c. fin. 14. dist. Abb. in. d. c. nō debet. nu. 2. Couarr. in. d. c. alma mater. part. 2. in princ. nu. 2. & Ti

& Tiraquellus, de retractu lignagier. §. 9. glos. 2.
nu. &. 13. Sed tamen illud nego, quod euidēs
vtilitas, & vrgens necessitas concurrat in relaxā-
da clericoruī continentia, vt petit Abbas, cūm
tāto efficaciū hoc deberet probare, quanto con-
cessio suæ petitionis, decretis sanctorū patrū, de
quib⁹ superiūs memini, aduersaretur. arg. I. mini-
mē sunt mutanda, quæ interpretationē certā sem
per habuerūt, ff. de legibus, & d. c. fin. 1. dist.

* Non enim cōsiderauit, nec poterat quidē Ab- 112
bas cōsiderare, quod propter cōtinentiae cōditio-
nem, multiā sacerdotio se retrahāt, taliter, vt vrgēs
sit in Ecclesia, ministrorū raritas, & necessitas ad
cōmode cultū diuinū peragendū. Vnde postquā
stante cōditione cōtinentiae, quotidie ad ordines
tot accedūt, vt notoriē constet nullā esse necessita-
tē, & raritatē ministrorū altaris, imō iura canonis-
ca, & lustinia, in nouel. tit. de numero clericorū, ex
piscopis cōmendāt, ne multitudinē faciāt passim
clericorū; non erit cōueniens vt aperienda sit via,
qua ordinādi, sine dubio infinitū crescāt. Cū sa-
tiūs sit in ecclesia paucos bonos, quā plures ma-
los, esse ministros, & nullū ecclesiæ décorē adfe-
rat clericorum turba, vt suprà ostendi.

* Illud autem cōsiderat abbas, quod hodie cle- 113
rici non viuant spiritualiter, nec sint mundi, sed
maculantur illico coitu, vbi cum propria vxore
esset castitas. Sed tamen licet admitteretur pris-
mū suum dictum, vt & sentit Corra. in. l. & qui
vxores nō habent, nu. 1. ff. de adoptionib; ad rubr.

L iuris

iuris, de filijs præsbyterorum, quod tamen ego affirmare non auderem, ne sinistrum aliquid de electis illis hominibus cogitarem, qui Christi corpus sacro ore conficiunt, qui claves regni cœlorū habentes ante iudicij dicim iudicant, per quos nos etiam Christiani sumus, c. absit, ii. quæst. 3.

m⁴ * Adhuc tamen, non erit potens hæc consideratio, ut clericorum continentia, tot sanctorum patrum, & pontificum decretis stabilita, multis que vigilijs excogitata, facile euelli debeat, arg. l. si quando, in fine principij. C. de inoffic. testa, & d. c. fin. 14. dist. eo maxime, quod etsi coniugia cōcessa essent clericis, adhuc tamen, non in omnibus, & per omnia esset dictæ eorum incontinentiae cautum, iuxta. c. Nicena. 31. dist. quod in sui fauorem allegat Abbas. Nam & Laici, licet sint coniugati, Multi tamen reperiuntur adulteri, ex rub. ff. &. C. de adulterijs, iuncta regula. l. ex ijs. ff. de legibus, docente, leges non fieri nisi de frequētibus casibus. idem ergo posset in clericis vel reris, licet Abbatis petitio concessa esset. Præterea peccata illa mentis, quæ præstito consensu sunt mortalia, iuxta illud, Iam mœchatus est in corde suo. c. sicut tribus. ibi, Cūm in corde consentitur libidini, de pœni. dist. 2. c. Sed pensandum, dist. 6. & glos. in. c. cogitationis pœnam, de pœni. dist. 1. non omnino tollerentur, etiam concessa clericis vxore, & qui in vno peccauerit, factus est omnium reus. c. defleat peccator. de reg. iuris. c. fin. de pœnit. dist. 5. Iacob. epist. cathol. c. 2.

Deni.

Denique & concessa clero vxore, casus posset euenire, & quidem satis contingibilis, vt vxor clerici ea infirmitate laboraret, vt cognosci non possit. Tunc autem quomodo succurret Abbas clerici istius incontinentiae? an ei alia erit adiungenda vxori absit a mente fidelium, neque solutam aliam cognoscere sine peccato poterit, continere igitur necesse erit, vt ponderat Castro aduersus haereses, verb, sacerdotium, hæresi. 4. vers, sed ijs testimonij.

* Præterea dicta Abbatis consideratio, nihil vrget contra ipsam iustissime inductam, in clericos continentiam, sed solum contra aliquos incōtinentes, & lasciuos ministros, eam dignè nō obseruantes. Vnde pro satisfactione, mutuāda erūt illa, quæ supra adduxi, cōtra eos, qui diuitias ecclesiæ damnant, eo solo quia aliqui ecclesiæ ministri, illis abutantur. Hoc autem iniustum esse superiū probauit, ergo in simili ita erit in occurrenti casu dicendum, non esse continentiae conditio nem relaxandam, eo quia aliqui clerici eam de facto non seruent. Nam si ex eo solo, quod aliqui leges non seruant, inducenda esset legum correccio, nihil profecto, lege mutabilius esset, & reprehendenda esset gloss. verb, varium, & ibi additio in, c. forus. §. testes de verbor. signific. quæ hanc omisisset mutabilitatem. Denique hoc modo, nō homines legibus, sed leges subiectæ essent hominibus. Quod esset absurdum. l. 2. fl. de legibus. 1. leges sacratissimæ, C. eod. c. fin. in fin. dist. 3.

L 2 & sen

& sentit Sotō. d. lib. 7. quæst. 6. art. 1. in respō.
ad. 7. solut. 1.

116 * Immò ex eo ipso quòd Abbas frequentiore
violationē cōtinentiæ perpēderet, grauiores pœ-
næ ab ipso, tāto curādo malo videbātur petendg,
vt in simili dixit Iuriscōsultus, quod multis gra-
fiantibus exēplo opus est. in. l. aut facta. §. final. ff.
po de pœnis, vt sicut boni, virtutis amore præmio
afficiuntur, ita mali formidine pœnæ terreātur.
l. 1. vbi glos. verb. metu. ff. de iust. & iure, vnde
Iacob. 1. Rex noster in procem. foror. Valēt. dice-
bat. A aquells qui faranbe, reta gardo debe, è als
“ que faran mal reta gardo de mal. 1. Petri. c. 2. ibi
“ ad vindictam malefactorum, laudem verō bono-
rū, c. solite de maiorit. & obedien. c. 1. de pœnis,
& extrauagan. dierum. §. nos igitur. de pœnis.
“ ibi, vt mali pœnarum impositionibus grauium
territi, vereantur in antea in consimilis erroris in-
uium relabi.

* Vnde consultiūs erit, pœnas contra cleri-
cos fornicarios à patribus, & concilijs sanctitas re-
tinere, c. presbyteris. 27. dist. c. presbyter. 8. dist.
31. dist. &c. 15. quæst. 8. cum alijs quæ aduertūt,
Diaz in tract. canon. c. 72. &c. c. 73. Lambert. de
iure patrona. lib. 2. part. 1. quæst. 9. art. 20. Cho-
ueronius in tract. de publicis concubinarijs, &
Rebus in concordat. Galliæ. in rub. de publi. con-
cubi. quæ Conc. Trident. deseruient in sess. 15. de
reform. c. 14: quam propter clericorum inconti-
nentiam, (vt dicit Abbas) dare ipsis licetiam, ma-

tri-

trimoniū contrahendi. Aliter namq; melioris cōditionis viderentur esse mali quam boni, contra, c. eum qui. de præbendis. in. 6. & amplius habere videretur luxuria, quam castitas, contra. §. vnde sancimus. in authent. de restitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo mense post mortē mariti. Tangunt in simili gloss. in verb. bigami. in c. quia circa de bigamis. Hypol. de Marsilis. singulari. 375. incip. stulti. & in terminis Palacios in rubr. de donationibus inter virum & vxorem. §. 67. nu. 2. in fin. dum allegat notata. in. c. quod à te. de cleric. coniuga. vbi. Doctores tradūt causas quare clericī non debeant contrahere matrimonium, ex quibus hæc vna notabilis est.

* Quanto magis quod hodierni ecclesiastici iudices, non sic seuerè puniunt clericorum incontinentiam, sicut antiqui illi patres, in aurea ætate puniebant, defectus namq; nostrorum temporū, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominū defecerunt, distinctionis illius non patitur in omnibus manere censurā. vt in terminis dixit Pelegius Papa. c. fraternitatis. 34. distin. pro cuius dicto faciunt, quæ de furore & vi amoris ad. l. 2. §. & cùm placuisset. ff. de origine iuris ibi, captū a more virginitatis, omnes fas ac nefas miscuisse, & ad §. illud. in auth. quibus modis naturales efficiantur, ibi. Sed nihil est furore amoris vehementius: obseruat ibi glos. verb. vehementius. Craue. consil. 205. nu. 35. vol. 2. Boeri. deciss. 23. nu. 75. vers. & maxime. & Meno. de arbit. lib. 2. casu. 328

L. Vnde

Vnde dixit Chassen, in consuetud. Burgun. rub.

p. 4. in princip. nu. 3. quod delicta carnalia sunt minus punibilia, & maximè cum pulchra muliere, sentit ex mente. S. Hiero. c. fur autem. 14. quæst. fin. vbi glos. verb. fornicatione. Porti⁹ in. s. apū. nu. 9. de rer. diuisi. vbi additio verb. formosa, & Tiraquel. in. l. 2. connub. nu. 12.

119 * Hinc fit, quod apostolorum canon. 25. quo præsbyter, aut diaconus in fornicatione inven⁹ tus, deponebatur. c. præsbyter. 81. dist. non sit hodie in viridi obseruantia, ex Grangen. seu potius Hybernen. Concil. (ut doctissimi Gregoriani emendatores aduertūt. ad. c. præsbyter. 82. dist.) & ita se habet commu. opin. gloss. verb. incorporali. in. c. lator. 2. quæst. 7. Diaz in practica cano. c. 72. verb. fornicarij, & Corsetus, in singul. 115. verb. fornicatio. vbi allegat præceptorē suū dicentem, hoc fuisse introductum ex eo quod clerici occidentales, non tantur coniugio, sicut orientales, quamuis Corsetus, hanc non admittat rationem, sed eam Pelagij Papæ.

110 * Eadem consideratio (ut existimo) introduxit, quod decisio Tolet. conf. 9. in c. 10. qua, clericorum filij, efficiebantur servi illius ecclesiæ, de cuius sacerdotiis, vel ministri ignominia natæ erant, c. cum multæ. 15. quæst. 8. non sit hodie in viridi obseruantia, quamvis ex alia ratione eam ab solitam dicant, gloss. verb. connubio, in. d. c. cum multæ. Abb. in. c. 1. nu. 4. in fin. de treuga & pace. Castro de lege pœnali, lib. 2. c. 12. vers. ex hac.

ex hac. ibi, non enim gratis, & additio ad Rom.
Singu. s. 26. incip. Dic quod filij sacerdotis, ut inter
terim aduertam dici sacerdotis filiu, eum qui na-
tus est, patre existente sacerdote, non vero eum,
qui antea natus est. glos. verb. filij. in. l. 2. C. de
Episc. & cler. declarant Petr. Belluga Conualē-
tin. in speculo princip. rubr. 7. nu. 8. vers. Sed
quid dices, Abb. in. c. inter cæteras. nu. 1. de rei
scrip. & Troti, vbi supr. lib. 2. c. 2. nu. 5. & 6. vi-
dend. c. Ossius. s. dist. referens pontifices, qui
patres habuerunt clericos. & tota illa distinctio,
&. c. Maximianus. s. 1. dist. de filijs sacerdotum
agens. & Motus proprius Pij. s. vbi clericus in
clericatu filios habens, superius non ascendit, ut
refert Rojas, in epito. success. c. 27. nu. 19. quod
antea aduertit Conc. Taurinaten. c. 7.

* Ad Abbatem tamen redeamus; qui petitionē 121
de relaxanda à pontifice, clericorum continentia,
colorabat ex eo, quod experientia docente, con-
trarius prorsus effectus sequatur ex illa lege con-
tinente, cùm non vivat spiritualiter, nec sint mū-
di. adhuc Abbas.

Aliquale enim videretur Abbatis argumentū
si probasset, cùm probatio per rei evidentiam, &
oculorum inspectionem fortissima sit. s. fin. de
gradibus cognitio. ibi, veritas oculata fide. Bald. 122
in rub. de probationib. C. nu. 1. vbi Marsilis, nu.
157. & seqq. & Iason. in. l. 1. in princip. nu. 10. ff.
de noui operis nuncia.

Sed tamen ut directe sit, contra fundamentū 123
L 4 Abbae

Abbatis nostra consideratio , per rei evidentiam,
& oculorum inspectionem probandum est, per-
niciosissimam esse, relaxationem continentiae in
clericis.

In Hispania siquidem circa annos Domini, 711.
dum Gotticus ille Vuitissa regnaret, similem edi-
dit, cum ministerio sui fratris Olpas, Toletani
Archiepiscopi legem, qua nedum laicis concus-
binas habere, sed etiam clericis regni contrahen-
di matrimonia, facultatem liberam dabat. Ex hu-
pe ius vero legis (si tamen lex meruit appellari) im-
plemento, corruptum fuisse totum ecclesiasticum
statum, ex eoque ortam fuisse, sub Roderico re-
ge gottico, totius Hispaniae ruinam ; fidelissimi
historici referunt, Julianus de Castillo, in historia
regum Gotorum, lib. 2., discursu, 10. circa finem,
Michael Carbonell, in chronica Hispaniae in vita
regis Vuitissae, Illescas in historia pontificum, part. 1.
lib. 4. c. 25. §. de Vuitissa, & §. seq. & Villegas in
vitis sanctorum, part. 2. de Melchisedech. c. 2. in
principio.

123. Potuit autem Abbas, huius contingentiæ no-
titiam ex historijs habuisse , cūm ipse postea vixi-
set anno Domini, 1430. vt refert Cotta , in memo-
rabilis de iurisperitis, & Gazalupus in tract. de mo-
do studendi in utroq; iure, in. 3. documento. ma-
xime cum antiquitatis notitia, quodammodo ne-
cessaria iurisperito videatur. c. fuerunt. dist. 7. vbi
glos. verb. necessaria, & latius Cano, de locis theo-
log. lib. u. agens de humanæ historiæ autoritate,

Quod

* Quod si dictam historiam ignorauit Abbas,
 (vt credendū est, ex petitione facta) veritatē tam
 men historiæ negare nō posset: fides enim histo-
 rijs adhibenda est. l. 1. vbi Ias. nu. 25. ff. de officio.
 quæsto. glos. verb. magis. in. c. inter dilectos. de
 fide instrum. Lloazes vbi supr. dubi. 1. in. 3. pro
 Marchione. nu. 73. & seq. Ioseph. Mascardus in
 tract. de probationib. concl. 287.

* Debilitata ergo remanēt omnia argumenta-
 tionis Abbatis membra, & per rei evidentia mō-
 stratum fuit, Quod petitio sua plurā incommo-
 da generaret, si illa superioris autoritate fuisset
 confirmata. Vnde illa per locum argumentandi
 ab absurdo (de quo Euerardus in locis legalibus
 in loco. 23.) non erit admittenda.

* Sed tamen ad maiorē exclusionē dictæ peti-
 tionis, facit, quod si sacerdotes coniugati essent,
 quomodo dignè populo magnā cōtinētiæ, & cœ
 libat⁹ virtutē cōmendassent, quam ipsi notoriè nō
 admissent; vt docte & piè cōsiderat Soto de iust.
 & iur. lib. 7. q. 6. art. 1. in. 5. ratione. Sequeretur
 enim à populo responsum eo casu satis congruū,
 videlicet, in quo iudicas alterū, te ipsum condēnas,
 vt in alio propōsito cōsiderat Cōc. Valēt, sub Aya-
 la, sess. 2. c. 1. & aliud, videlicet, qui p̄dicas non
 furandum furarist; ad rom. c. 2. c. vna tantū, vers.
 quomodo. 26. dist. & cōci. Trid. sess. 14. de refor.
 in procem. ibi, Qua etiā libertate laicos corripere
 poterūt sacerdotes, cūm tacitè sibi ipsi respōdeāt,
 eadē se admississe, quæ corripiūt. Nā ex B. Gregor.

M. cuius,



cuius vita despicitur, restat ut eius prædicatio cō
tēnatur, c. 2. in fin. 3. q. 7. Præterea ex permisso
clericis coniugio, cūm ex eo maior inter laicos
esset habenda familiaritas, ex vulgato adagio,
contemptus eorum oriretur: cūm tamen ho-
nor sacerdotum summē defendendus sit, vt infra
latē ostendo, in part. 2. Deinde pudor videretur,
mysteria diuini corporis & sanguinis, in manib⁹
maritati hominis adorare, metusq; confessionē
peccatorum illi concredere, cui vxor semper assi-
steret. Soto. vbi proximē, ratione. 7.

127 * Ex quibus omnibus euidentis sit, & manife-
sta conclusio, euangelicos sacerdotes abstinen-
dos esse ab omni fornicario, & vxorio coitu.
Quod & aduertit Vrbanus, 2. Dominico Patri-
“ archæ Grādensi dicens, Erubescant impij, & aper-
“ tē intelligent, iudicio Spiritus sancti eos qui in sa-
“ cris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdia-
“ conatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & ca-
“ stē vixerint: excludendos esse ab omni eorundē
graduum dignitate, c. erubescat, 32. dist. c. à mul-
tis. §. verum, de aetate, & qualitate. Adeo enim
castitatis amator est Deus, maximē in ministris
diuino cultui dicatis, vt notabiliter S. Aug. dixe-
rit, quodd plus placet Deo, latratus canum, mug-
tus bouum, grunnitus porcorum: quam cantus
clericorum luxuriantium. Quem locū Thomas
Hibernicus operi suo inseruit, quodd flores docto-
rum vocat, in verb, oratio. Sola enim castitas est,
quæ eum fiducia potest animas hominū Deo pre-
sen-

sentare. §. Sancimus in auth. de lenonib. & gloss.
verb. pudicos. in procem. decretal.

* Vnde tantum abest, ut ecclesia catholica cle
ricis in sacrī ordinibus constitutis, matrimonii
concedat, secundum petitionem Abbatis: vt cō
sultē retineat, titul. qui clericī vel vouentes, &c. i.
de cleri, coniuga. dicendo: Sed si in subdiaconia
tu, & alijs superioribus ordinibus, vxores acce
pisse noscuntur: eos vxores dimittere, & pœnitē
tiam agere de commisso, per suspensionis, & excō
municationis sententiam, compellere procuretis.
& ibi vide gloss. in verb. dimittere. &. dd. Quis
enim (arguendo de tempore ad personam) adul
tero, vel stupri, incestuē reo, tempore castitatis
ignoscet: l. nemo. la. i. C. de episcopa. audien. &
de tanti excessus pœna tractant. c. presbyteris.
27. dist. c. decernimus. 28. dist. & clement. i. de
cōsangui. & affini. Capella Tholosana, decis. 240.
vbi Aufrerius in nu. 4. Est enim non minima eo
casu de fide suspicio, ex quo Domini inquisitores
contra similes reos procedere poterunt, Palacios
in. d. c. per vestras. in princ. §. 18. nu. 25. & seq.
Diaz in pract. cano. c. 74. Septimacensis de insti
tution. catholi. c. 40. nu. 2. s. &. 6. & Rojas, de
hæreti. part. i. nu. 150. & vide in materia extra
uag. antiquæ. de voto. Ioan. 22. & decretum To
leta. Con. 8. in can. 7. cuius verba refert Septima
censis vbi sup. in nu. 6. & in hoc casu filij natū es
sent serui Ecclesiæ, & seruaretur decisio. c. cūm
multæ. 15. quæst. 8. ex Marquardo, de cceliba. sa

cerdotum, in part. incip. non puto. c. 4. num. 1.
quod nota.

* Infertur ergo dictam sacerdotum continentiam, ab ipsis etiam incunabulis Ecclesiæ ortam, Soto de iust. & iure, lib. 7. quæst. 6. art. 2. summa ratione retinendam esse: ut commendant Tiraq. in. 1. 15. connub. nu. 118. Castro aduersus hæres. verb. sacerdotium. hæresi. 4. Cordoua de casib⁹ conscientię. quæst. 3. in. 1. opin. Franciscus Gusman. de cælibatu ministrorū altaris. in. 5. dubio. Soto, in. d. quæst. 6. art. 1. Clichthoueus vbi sup. c. 20. & 21. Septimacensis. in. d. c. 40. nu. 50. Felicianus Minguarda, quē ad hoc allegat Rojas vbi sup. nu. 551. in fin. & in terminis cōtra Abba. petitionem, agunt Trotius, vbi sup. lib. 2. c. 40. nu. 7. Soto, d. quæst. 6. art. 1. ad. 7. in solu. 4. in fin. Marquar. de susannis de cælibatu sacerdo. in princ. c. 3. nu. 1. & in part. incip. non satis. c. 3. nu. 1. & seq. & Francis. Gusmā, vbi sup. in dubio. 10. quibus moderna fauet Cœc. Trid. decisio. sess. 24. de sacramento matrimonio. can. 9. vbi post tactū dubium, instinctu Spiritus Sancti verbis sequentibus ita est decretum. Si quis dixerit clericos in
 sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumq; validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto; & oppositum, nihil aliud esse, quam damnare matrimoniu, possit secundum omnes contrahere matrimoniu, qui non sentiunt se castitatis, etiā si eam voverint, habere dominum

num, anathema sit. Cūm Deus id rectē petētibus
non deneget, nec patiatur nos supra id, quod pos-
sumus tentari. Quæ verba sigillum huic disputa-
tioni ponunt.

*S. 4. Continet aliquot considerationes, & regulas ad Rub. iuris
de vita & honestate clericorum.*

EX superioribus autem apertè constat, quod ¹³⁰
cōsultiūs fecisset Abb. Panor. si loco prædictę
petitionis, aliqua clericis, & sacerdotibus aduertis-
set, (vt posset facile consummatus doctor) quibus
facilior esset cōtinētiæ obseruatio. Periculis enim
humanarū rerū, per res humanas obuiādum est,
non autem quod res diuinæ cōuertantur in vsum
humanum, vt in terminis dixit Soto, de iusti. &
iure. lib. 7, quæst. 6, art. 1, vers. fin, & sensit, Tro-
tius, d. lib. 2, c. 40, nu. 8, in fine,

* Vndē nō videtur incongruū, aliqua ex mēte ¹³¹
canonū & doctorū aduertere, in ornatū rub. iuris
de vita & hon. cleric. iux. cōc. Aquisgran. 2. ex. c.
94. Cōstantien. sess. 43. in fin. Senonen. in decretis
morū, ex. c. 2; 1. Augustē. c. 10. Coloni. 2. ex. c. 20.
Mediolan. 4. sub Borrhomeo, tit. de vita & hone.
cleric. cum alijs quæ aduertunt, dd. in locis ordi-
narijs. S. Antonin. in sum p. 3. tit. 13. c. 1. 2. &c. 3. Lu-
cas de Penna. in l. vnic. de pericul. succes. paren.
lib. 10. C. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 392. Fran-
cis. Gratia. in cōpendio iuris canonici. par. 2. dist.
3. tit. de vita cler. & Pet. Soto de inst. sacerd. part. 1.
in initio lect. 3. & part. 2. tit. de vita sacerdotū.

Regula. i. De tonsura clericorum tractat.

132 Ut ilius siquidem antiquum ecclesiæ usum commendasset Abbas, ut clerici comam non nutriāt, iux. c. si quis ex clericis. c. clericus. c. clericis, de vita & honest. cler. c. prohibete. **23**. dist. & Tole tan. concil. 4. in can. 40. Nam quamvis roman⁹ usus, clericorum barbas approbare videatur, trā dunt. Menoch. d. casu. 392. nu. 27. & Ioan. Pier⁹ in tract. de barbis à sacerdotibus portandis, qui bus subscriptit, Marcus Ant. Marsilius, de redditi⁹. eccles. c. 19. ex nu. 17. dicendo non esse prohibitam barbam sacerdotibus, licet Franc⁹. Turrianus, ad S. Clemen. lib. 1. apostolic. constit. c. 3. ibi, non radetis. vers. clericos. dicat, antiquā esse consuetudinem per totum occidentem clericos barbam radere, allegando testimonium Gregorij. Papæ. 7:

133 * Corona tamen, seu rasura illa in capite in modum spheræ, initium à beato Petro. Antiochiæ sumens, cui Iudei abraserunt sumitatem capit⁹ in contumeliam, ut post Bedam, obseruat Durād. in rationali, lib. 2. c. 1. nu. 31. semper erat clericis & sacerdotibus commendanda, quia ad utilissimam ducit memoriam humilitatis. Quæ dictur fundamentum gloriæ. Job, c. 22. in fin. ibi, **24** Qui enim humiliat⁹ fuerit, erit in gloria. Chassanus in. d. catalogo. part. 1. consider. 52. viden⁹ da, gloss. verb. humilitatis in clement. 1. §. fin. de religios. domib. & Ioan. à Capistrano. in tract. de speculo conscientiæ. nu. 285. & seqq. cum alijs quæ

quæ de humilitate sacerdotum commendat Clⁱchthoueus vbi supr. c. 10. & c. 15. text. in. c. do^r
minus noster. 93. dist. ibi, Nos quoque esse humi
les docuit. & luculenta oratio præsidentis habita
in Concil. Basiliensi, nomine ecclesiæ, in vers. hor
tor ergo vos filij mei.

* Præterea clericorū corona, memoriale quod- 134
dam est, illius sacratissimæ coronæ Domini no^r
stri Iesu Christi, vt aduertit Triburicen. Concil.
in. c. 20. quod erit summè notandum, frequens
enim tantæ rei consideratio, non dubium, quin vi
tam clericorum reformasset. Denique pilorū raf
sura, liberam mentem à mundi cogitationibus de
notat, c. duo sunt, vers. rafso. 12. quæst. 1. Duran
dus, d. c. 1. nu. 26. & lib. 6. c. 86. nu. 6. in fin. quod
in clericis passim canonica decreta desiderant,
vt dixi, tangit Soto. in. 4. part. 2. dist. 24. artic. 1.
& Catechismus ad Parochos, tit. de ordinis sa
cramento. vers. docendum. & vers. tondentur ve
rò capilli. quæ facient ad magistralē glos. verb.
tonsuram, in. clemen. 2. de vita & honest. cleric.
ad. d. c. duo sunt. Diaz in pract. cano. c. 70. Tro
tium, d. lib. 2. c. 39. & Couarr. in. c. quia nos. nu.
3. & .4. de testa. apud quos fit mentio de prima
clericorum tonsura. Cuius sola consideratio per
supradicta, potens esset ad refrenandam clericorū
incōtinentiam, sine eo, quod Abbatis admit
tatur petitio; considerando quōd luxuria perpi
losum figuratur, vt aduertit Durandus, de modo
generalis concilij celebrandi, part. 3. rub. 35. nu.

7. & pili clericis non permittuntur.

Regula. 2. De vestibus clericorum differit.

135 * Secundo, proficeret magis Abb. Panor. si eo loci commendasset, ut clerici, & sacerdotes non superbas & laicales, sed statui, & ordini congruentes vestes, adducerent, iuxta Constantinopo. cōcil. 6. cano. 27. Nicen. 2. in cano. 16. c. clerici. 13. dist. c. 1. & seqq. 21. quæst. 4. clemen. quoniam de vita & honest. cler. glos. verb. deauratis. in. c. penul. eod. cōcil. Trid. sess. 14. de refor. c. 6. & Valent. Ayalæ. sess. 3. c. 13. cum alijs, quæ de abusu vestimentorum tangit Rebuf. tomo. 2. ad leges gallicas. rub. de pannis aureis, maximè ex nu. 18. quæ faciunt ad foros Valentinos. in. c. 7. &c. 24. seqq; tit. de draperijs. quorum reformatio, nedum ad principem secularem, sed ad episcopum pertinet, ut dixit Bal. in procémio Decretal. verb. rex pacifcus. nu. 34. Ioan. Andr. in. c. ea quæ fuit. ex nu. 5. de reg. iur. in. 6. & Petrus Plaça. lib. 1. delictor. c. 5. nu. 5. & in terminis de congruentibus clericorum vestibus, agunt Trotius d. lib. 2. c. 38. & Couarr. in pract. quæst. c. 31. nu. 8. qui alios allestant, nam qui mollibus vesciuntur, in domibus regum sunt. Matth. c. 11. c. 1. & pertot. 21. qu. 4.

136 * Sicut enim indignum est, quod viri vstantur veste muliebri. Deuteron. c. 22. l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & argen. legato. Tiraq. in. l. 3. cōnub. ex nu. 58. ita etiam abominabile erit, quod clerici & sacerdotes laicali ueste vstantur, ut aduerit Matisonen. Cōcil. 1. in. c. 5. illis enim proph. regius.

Regius in psal. 131. vestem donauit dicens, sacerdotes tui induantur iustitia, & apost. ad Roma. c. 13. ibi, Indumenti dominū Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. quo loco patet in congruas vestes ad carnalia prouocare, & dictis clericis aduertit Trid. Conc. sess. 14. c. 6. ibi, alterrum in carnalibus, quæ non erit leuis, ad continentiam clericorum, consideratio.

Regula. 4. Honestæ exercitia clericorum commendat,
& otium damnat.

* Tertiò, placeret magis Abbas, vbi sup. si ali⁹ 137
qua pia, honesta, & statui clericorū cōgrua aduer-
tisset exercitia, ex ijs quæ tradūt dd. in. c. clericī of-
ficia, de vita & honest, cler. Chasse, in cōsue. burg.
rub. 1. §. 6. vers. mesiers, nu. 30. & seqq. S. Anton.
part. 3. tit. 13. c. 2. Trotius, d. lib. 2. c. 52. hoc enī
docuit Cartha. conci. 4. cano. 51. & seqq. dicens,
quod clericus quantumlibet verbo Dei eruditus
artificio victū quærat, absq; officijs sui detrimēto.
c. clericus. 1. & 2. dist. 91. glos. in summ. in fin. 14.
quest. 3. & c. 1. de celebra. missar. ibi, Peractis ho 22
ris, & infirmis visitatis, exeat ad opus rurale. Hoc
deniq; cōmendauit S. Hieron. Rustico monacho
a quo petent clerici nostri, habetur in. c. nunquā.
de cōsecr. dist. 5. nam licet, ibi, in vers. quid ergo
dicat monachum instruere, non de clericis dispu-
tare; adhuc tamen elegantissimus orator, & san-
ctissim⁹ doctor tacite, dum monachum instituit,
clericum arguit, ut ibi sentit glos. verb. nō sper-
nunt, allegando, c. 1. 21. q. 4. in clericis loquens.

N Per

133 * Per hæc enim honesta exercicia , militantes
Deo clerici, se implicare fugient negotijs sæcula-
rib⁹. 1. ad Timoth. c. 2. c. 1. & per tot. 21. quæst.
3. & tit. ne clerici, vel monachi. Concil. Trid. sess.
22. de reforma. c. 1. & Valent. sub A yala, sess. 3.
c. 17. sic etiam & à venatione, maximè arenaria, &
clamosa abstinebunt, c. Esau venator erat, quo-
niam peccator erat. 86. dist. c. 1. & 2. de clero-
venatore. Trotius. d. lib. 2. c. 55. & seqq. & Diaz in
præt. cano. c. 61. cū alijs quæ in materia venatio-
nis tradunt Rolan. à Valle. in conf. 9. vol. 2. Co-
uarr. in. d. c. peccatum. part. 2. §. 8. Anto. de Cor-
douā. de casibus conscientiæ. quæst. 119. & seqq.
quæ notabis ad foros Valentiaæ. in. c. 62. & seq.
de Leuda. lib. 9. vt ita abstineant à quibus ope-
ret. de quibus Franciscus Pauinus de visitationib.
in part. 1. quæst. 7. nu. 62. & 73. & seqq.

* Denique supradictis intenti clerici, & sacer-
139 dotes, detestabile otij vitium fugient: quod mul-
tam docet malitiam, ecclesiasti. c. 33. Otiositas nā-
que, & voluptas arma sunt hostis antiqui, ad mi-
seras animas capiendas. c. nisi. cum pridem. §. verū.
de renuntia. vnde dicebat Menander, Deū otio-
sis non adesse, vt testis est Rauissius in proœm. of-
ficiæ ante medium, vbi notabilia contra otium
adducit. de quo etiam Bened. in. d. c. Raynunti⁹.
verb. dotem. ex nu. 47. Chassen. in proœm. cata-
log. in princip. & Ioan. Matienço, in dialogo re-
latoris. part. 1. c. 1. nu. 5. & seqq. text. in auth. de
monachis, & ascetrijs. §. duabus collat. 10. & in. d.
c. nun-

c. nunquam, ibi, Facito aliquid operis, vt semper
te diabolus inueniat occupatum. & ibi, in deside-
rijs est omnis otiosus, vbi gloss. verb. otiosus, &
glos. verb. otiositas, in d. §. verum, adducunt ver-
sum sequentem.

Quæritur Egistus quare sit factus adulter,

In promptu causa est, desidiosus erat.

Plura autem in terminis clericorum, & sacerdo-
tum de otio fugiendo, aduertit Clichthoueus vbi
supr. c. 19. & c. 23. vers. secundum. Neque enim
congruit vt detestabili otio delectetur, qui ex cle-
ricatu, laudabile & sanctum otium sunt cōsequu-
ti. Tangit Fabius Incarnatus in scrutinio sacerd.
tract. 2. tit. de ordine. vers. quare sacri ordines,
& c. nos nouimus, 17. quæst. 2. ibi, & te in otium
sanctum conferre, & l. quisquis. la. 2. C. de epis,
& cler. ibi, ob reliquæ vitæ requiem, consilio me
liore pertractus est, per quem text. clericatū sua-
det Chasse, vbi supr. part. 12. cōsider. 49. in vers.
item propter. & aduocatos admonet Lucas de
Penna, in l. decurionibus, in princ. de silentiarijs
lib. 12. C.

*Regula. 4. Crapulam, ludum, blasphemiam reprobat, nec
spectacula publica laudat.*

* Quarto, utilius esset pro facilitiore cōtinentia
clericorum obseruatione, ipsis ciborum temperā-
tiam cōmendare, vt ad Colossem, scripsit Apost.
c. 2. dicens, nemo vos iudicet in cibo, aut potu.
Sola enim ciborum cogitatio, maximam animi
perturbationem generat, glos. verb. epulis. in l. 1.

de comitib. cōsistorianis, lib. 11. C. & Boer. in ad
ditione, verb. cibaria, ad tract. de auto, magni cō
ciliū sub nu. 30. & maximē in æstate, circa potum

p refrigerandū aposita niue, ex antiquissimo roma
norum vſu, de quo in. l. in argento potorio, ff. de
auro & argento legato. Cotta in memorab. iuris,
incip. columniarium. Solicitam nimis edendi,
& bibendi curam reprehendimus, vt ita simul cō
tra hæreticos verba faciamus, qui indistincte om̄
nem cibum, & maximē carnis damnabant, teste
Castro aduers. hæreses, lib. 4. verb. cibus. Diuitē
namq; epulonē, nō simpliciter sumptus cibus, sed
nimia illius curiositas, sepeliuit in inferno. Lucæ,
c. 18, ibi, Epulabatur quotidie splendide. cum al
lijs, quæ circa quantitatem, qualitatem, studiosi
tatem, auiditatem, & importunitatem ciborum
aduertit Sanctus Antoninus in summ. part. 2. ti
tul. 6. c. 1, maximē, in. §. 5. & seqq. text. in. c.
quinque modis, de consecr. dist. 5.

i41 * Duo verò ludum & luxuriam, (vt alia in
terim taceam) generat, immoderatus edendi, &
bibendi modus. De ludo patet Exodi. c. 32. ibi,
Sedit populus manducare & bibere, & surrexit
Iudere. 1. ad Corinthios, c. 10. & ne istud, mini
mum putes incommodum, audi paulisper.

Ludum appellatione criminis venire probat.
** §. illud verò, in procemio, ff. ibi, Ludos exerce
re, & alia crimina, vbi Bartol. nu. 1. Paris de Pu
teo, de syndicatu, verb. inquisitio. c. 1. nu. 12. &
ibi, additio, inferunt, quod stante statuto, vt ban
nitus

nitus possit offendī, poterit lusor offendī. Præterea quod lusor malam vitam agat, quod male
vtatur substantia, & quod repellatur a testimoniō, aduertit Roland, à Valle, cons. 63. ex num.
18. vol. 1. videndi Viuius lib. 2. cōmu. in opinio.
is, & seq. & Couarr. in. d. c. peccatum. part. 2.
§. 4. cū alijs, quæ de ludo scripsierunt, Anton. de
Prato, Paris de Puteo, Cacia Lopus, & alij.

* Pernicious etiam in republica experitur ludus, vt aduertit Couar. vbi supr. ultra enim quod pro tempore prodijt in lachrymas, vt dixit, l. final. C. de religios. & sumpt. funer. illud sumopere do lēndū est, quod iuramenta, & blasphemias generet. d. l. final. vers. consequenter, Gerard. in singul. 83. nu. 1. quod sensit Iacob. l. rex noster, dū in foris Valen. eandē rubricam, de lusoribus, & blasphemis facit. & Ferdinandus. 2. in priuilegio. 34. vers. primerament, easdem connectit materias, ex quibus ludigratitatem colliges, procreantis blasphemiam; cūm grauius peccet, qui contemnit sedentem in cœlo, quam ille, qui crucifixit deambulantem in terra, vt refert Benedictus in quæst. de homicidio. nu. 39. & 40. & ideo blasphem⁹, luit grauissimas poenas, vt declarat Angel. de malficijs, verb. verba iniuriosa. ex nu. 11. Couarr. in. c. quamuis pactum. part. 1. §. 7. ex nu. 8. de paetis, in. 6. Iulius Clar. in pract. §. blasphemia. nu. 3. Menoch. de arbitrijs. lib. 2. casu. 375. & Cōualen. Fr. Gregorius Satorre, in libello de sanctissimo nomine Iesu, in. c. fin. quæ faciunt ad addit.

N i gloss.

gloss. i. in. c. i. de delictis puerorum. vbi sit mentio de puer illo blasphemo rapto à diabolo. & ad. c. i. de maledicis, vbi notant. dd. penas cōtra blasphemos.

143 * Ex quibus ludum interdixit omnibus Conc. Constantinopolit. 6, in. c. 50. specialiter tamē ludum clericis prohibuit. c. clerici officia. ibi, ad aleas & taxillos non ludāt. de vita & honest. cler. notatur in. c. inter dilectos de excessib. prælat. & Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. i. & non solum ludere, sed nec ludum inspicere clerici possunt. d. c. clerici. vbi. gloss. verb. ad aleas. text. in authent. interdicimus. C. de episc. & cler. cūm inspicientes ludum, quasi ludentes puniātur, dictis iuribus, Stracha in tract. de sponsonib. part. 4. si finge modo. nu. 2. vnde patet summa ratione motam fuisse Valentini. synodū sub Ayala. actione;

¶ 1. cap. 5. dum initiatos sacris ordinibus hortatur, omnibus publicis spectaculis abstinere, ipsisque præcipit, ne publicis taurorum spectaculis intersint, aut eiusmodi torneamētis, in quibus sanguis facile funditur, & mors etiam saepe consequi solet. Pro prima enim parte synodalis ordinationis facit Laodicen. Conci. cano. 54. statuens, quod non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquib⁹, quæ aut in nuptijs, aut scenis exhibentur, interesse, c. non oportet. lo. 1. de conse. dist. s. quod Aquisgranen. Conc. in. c. 83. & sexta generalis synod. in cano. 51. laudarūt. Pro secunda vero parte dictæ synodi facit Matis conen.

conens. Conc. 2. in can. 19. vbi statuitur quod ad locum vbi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est, nullus clericorum accedat. & facit c. sententiam sanguinis ne clerici vel monachi. vi de. §. interdicimus. lo. 2. in authent. de sanctiss. episcop. & Diaz in pract. c. 66. & Mediolan. cōc. cil. 4. sub Borrhomeo intit. de vita & honest. clericor. ibi, Ne cūm neces, & cruciamenta, im̄ probis hominibus, magistratum iudicio illata, multitudini spectanda proponuntur, vlo modo ecclesiastici ordinis viri intersint, nisi eorum pia operā, consolandiq; officium vsui futurū illis sit, qui ad suplicium ducuntur.

* Sed ne omnis animi refocillatio (vt ad supe
riora redeam) adimi videatur, aduertendum est
posse clericos ad scacos ludere. gloss verb. ad ta
bulas, in. d. auth. interdicim⁹. & gloss. verb. sche
matis, in. d. §. interdicimus. Thomas Actius, de
ludo scacorum. quæst. 9. principali, Abb. d. c.
cleric. lo. 2. nu. 4. & Iul. Clar. in pract. §. ludus.
n. 3. regulariter tamē ludi clericis prohibiti sunt.
Cūm autem ludus, & eius consequens blasphem
mia, ex antecedenti illo procedant, immoderato
videlicet cibi & potus vsu. d. c. 32. exōdit; ideō re
petitis vicibus, hæc clericis ciborum temperan
tia est cōmendanda; vt aduertit Trid. Concil. sess.
15. tit. delectu ciborum.

* Aliud verō incommodum, immoderatus ci
bi & potus vsus generat, ad Ephes. c. 5. ibi, No
lite inebriari vino, in quo est luxuria. & Prosper. ,

lib. 2. de vita contempla. c. 22. dicebat, quod luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura, Ceres namq; & Bacchus prouocant venerem. c. venter. c. luxuriam. 35. dist. Hinc Dominus noster Iesus Christus, qui per Matth. c. 6. dicit: cebat, nolite solliciti esse dicentes, quid mandubimus, aut quid bibemus; specialiter, per Luc. c. 21. discipulos admonebat dicens, attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra, in crapula, & ebrietate, ex qua autoritate hoc ministris ecclesiæ commendabat Euthychianus Papa, in decreto. 9. facit. c. vinolentū, &c. c. ante omnia. 35. dist. &c. c. à crapula de vita & honest. cleric. Diaz in pract. canon. c. 36. &c. c. 71. Vnde apostolor. can. 42. dicebat, quod episcopus, presbyter, aut diaconus aleæ, aut ebrietati, deseruiens; aut desinat, aut certè deponatur. & alia de abstinentia & sobrietate sacerdotum aduertunt. Clichthoueus vbi sup. c. 17. & Trotius. d. l. ib. 2. c. 58. cù seq.

146 * Ex quibus copiose intelligi poterit, quæ sint alimenta clericorum, & quæ eorū laudādæ mensæ. ad. 41. &c. 44. dist. quāvis Normāni, Anglīci, & Poloni dicant, fortiter esse bibendum, ne anima habitat in sicco. glos. verb. in sicco. in. c. Moy ses. 32. quæst. 2. Trotius vbi supr. c. 59. nu. 5. consulte enim & non sine speciali Dei instinctu credendum est, quod ecclesia catholica ministris ecclesiæ quolibet mane, hanc ciboru temperantiā commendet in hymno, ad horā primā canonicam dicens, carnis terat superbiam, potus cibiq; paritas

citas, & in hymn. confes. ad vesperas, ibi, sobri,["]
castus, consequentiā castitatis faciens, ex sobrie-
tate præmissa. & hoc docet Conc. Trid. sess. 25.
de delectu ciborum, ibi, Quæ ad mortificandam
carnem conducunt, ["]

* Denique moderatum cibum & potum nota¹⁴⁷
bile remedium esse, ad continentiam seruandam,
omnium sanctorum est concors sententia, quibus
tanquam in arte peritis, fides omnimoda est adhi-
benda. arg. I. septimo mense, ff. de statu hominū.
Angel. in. §. præterea, nu. 7. inst. de rer. diui. &
Rojas de hæret. part. 1. nu. 384. & seqq. maximē
si considerando Christū flagellatum, vt dico sta-
tim, adhibetur carni, cilicium: iuxta psal. 34. ibi,
Cūm mihi molesti essent inducbar cilicio, cuius ["]
vsum laudauit Dominus, Lucæ. c. 10. ibi, In cili-
cio & cinere sedentes pœniterent. Et ideo pœni-
tentes per manus impositionem cilicum accipie-
bant, Concil. Agathen. in. can. 15. c. pœnitentes.
50. dist. Septimacen. de institut. cathol. c. 46, nu.
18. & Dñs Pegna. ad directorium Inquisitorum,
part. 3. comment. 146. vers. denique.

Regula, 5. Horas canonicas, ex significationem

earum commendat.

* Quinto salubrius esset, clericis & sacerdoti-¹⁴⁸
bus commendare, vt debita reverentia, pensum ser-
uitutis suæ persoluant, & iuxta psal. 118. ibi, Sep-
ties in die laudem dixitibi. Matutinum, primā,
tertiam, sextam, nonam, vesperas, & completo-
rium dicant, & considerent extext. gloz. & dd.



III. c.

in, c. i. de celebrat. Miss. c. cantantes. & seq. 92.
 dist. & Senonen. conc. in decret. morum. c. 18.
 & seq. recolitur enim in dictis horis inefabilis me
 moria passionis domini nostri Iesu Christi, ut ibi,
 addit. ad gloss. aduertit, adducens sequentes ver-
 sus, describendi in quolibet choro ecclesiæ.

Hęc sunt septenis propter quae psalim⁹ horis,
 matutina ligat Christū, qui crimina purgat.
 Primareplet sputis, causam dat Tertia mortis,
 Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit,
 vespera deponit, tumulo completa reponit.
 & septenarium numerum iuuat, quod septies Do-
 minus sanguinem suū efudit, ut in alio proposito
 tradit, S. Anton. in summ. part. 2. tit. 3. c. 9. §. 8.
 vers. vnde.

Sunt etiam & aliæ sacrarum horarum signifi-
 cationes, ex Durando, in rationali diuinorū. lib.
 5. c. 1. nu. 4. & 9. cum alijs quae de horis canoni-
 cis per tractatus scripserunt. Nicolaus Plouius,
 & alij. S. Anton. part. 3. tit. 13. c. 4. Soto de iust.
 & iur. lib. 10. q. 5. & Troti⁹. d. lib. 2. c. 41. & 42.

* Si enim clerici & sacerdotes preces horarias
 (priuatim & extra chorū dicēdas, ut laudat cōc.
 Valent, sub Ayala. less. 3. c. 12. & Senonen, in
 decret. morum. c. 19.) debita veneratione persolu-
 uunt, non in vicis aut fenestrīs, alijsve locis parū
 decoris, sed in secretioribus, & orationi congruē-
 tibus, Deum non labijs tantum, sed spiritu etiā
 oreant, d. conc. Valent. less. 3. c. 15. in vers. preces
 & d. c. 19. Senonen, concil. fiet per misericordiā
 Dei,

Dei, ut facilius continentiae conditionem adimplant, eamq; à Domino petitam, consequantur.
Regula. 6. Orationem commendat, ad aſſequendam continentiam.

* Sexto, conducet maxime ad dictam continētiā seruandam, faciliusq; implendam, ad maximum illud orationis remedium, & asyllum recur rere, ut discipuli Christi nos docuerunt in illa magna commotione maris, & habetur in extrauag. discipulorum. Ioan. 21. de celebrat. Miss. & eā cum debitū circumstantijs facere, de qua Hostiē. in summ. de pœnitentia. & remiss. nu. 51. vers. car nis autem maceratio. & vers. seq. gloss. verb. ora tiones. in clem. vnicā. §. ideoque. de reliquijs, & venerat. sanctorum. &c. 8. Sapien. ibi. Et ut sci ui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia sci re cuius esset hoc donum; adij Dominum, & de precatus sum ipsum, & clericis commendat Ca stro, aduers. hærel. verb. Sacerdotium. hære. 4. vers. sed opus est.

Regula. 7. De intercessione sanctorum agit.

* Septimo, salubrius erit remedium, ad conti nentiam clericorum, eos admonere, ut sanctos Dei inuocet. Multa enim non cōcedit dñs Deus, nisi mediatoris, ac deprecatoris opus, & officiū, accesserit. Concil. Trid. sess. 25. de inuoc. sanct. S. August. quæst. 149. super Exodum. & in ser mone. i. &. 4. de S. Stephano. Catechismus ad paroch. super primo precepto. vers. verum illud. & hoc designat Ecclesia, in oratione sanctorum,

O 2 domi-

domino Deo dicens, multiplicatis intercessorib⁹
largiaris. Chasseneus, d. catalogo. part. 3. consi-
der. 22. & seqq. & Michael Aninyon, in tract.
de vnitate ouilis & pastoris. c. 1. nu. 20. & Castro
aduersus hæreses, verb. sancti.

*Regula. 8. De intercessione Virginis: Item de immacu-
lata, & pura eius conceptione agit.*

152 * Octauo, ad hoc efficacior erit. Sacratissi-
mæ Virginis & matris Dei intercessio. Nam et si
Deus cunctos eius ministros magnificet, altis de-
coret honoribus, & cælestis efficiat beatitudinis
possessores; illos tamen (ut dignis digna repen-
dat) potioribus attollit insignijs dignitatum, &
præmiorum vberiori retributione prosequitur,
quos digniores agnoscit, & commendat ingen-
tior excellentia meritorum. c. 1. in princ. de reli-
quijs, & vener. sanct. in. 6. & ideo Chasse. in. d.
catalogo. part. 3. consid. 4. post sanctissimā Tri-
nitatem, thronum virginis assignat, & aliqua in
laudem dicit. Ad eam ergo confugiant clerici, im-
maculatam eius conceptionem recolendo, extra-
uag. 1. &c. 2. de reliquijs & vener. sanct. in com-
mu. videndus apud Aragonenses forus vnic. tit.
forus conceptionis. & apud valentinos, priuile-
gium. ii. Ioann. primi. Bened. in. d. c. Raynunti⁹.
verb. & soboles. nu. 20. & seqq. ex quibus liben-
ter discedo a glos. verb. natuitas. in. c. 1. de con-
secra. dist. 3. dum tenet festum conceptionis non
esse celebrandum, quia (inquit) in peccatis conce-
pta fuit. Quod autem summe conducat ad seruā-
dam

dam continentiam, deuota contemplatio imma-
culatæ conceptionis Virginis Mariæ, aduertit, S.
Hieronym. quem allegans sequitur Ioann. Neui-
zannis in sylva nuptiali. lib. 1. nu. 118.

Regula. 9. *Vnum Imaginum, sanctissimum &
utilissimum esse probat.*

* Nono, cùm caro concupiscat aduersus spiri-
tum, spiritus autem aduersus carnem, admonēdi
clericī sunt, vt spiritu ambulēt, vt sic desideria car-
nis non perficiant, quia fructus spiritus, castitas
est. ad Galat. c. 5. Iuuandus ergo erit spiritus, va-
lida aliqua consideratione, quæ vincat luxuriam,
& pariat continentiam. Iuuabit ergo deuota in-
spectio imaginis, seu picturæ alicuius sanctissi-
mi martyris, vt mortificata carne, vestigia illius
sequantur, qui cum in carne esset, mortificauit.
Hunc enim effectum inter alios multos producit
pius imaginum usus, ideoq; merito in ecclesia ca-
tholica conseruandus. Concil. Nicen. 2. actio. 4.
c. perlatum. c. venerabiles. de conse. dist. 3. cōc.
Trid. d. tit. de inuoc. sanct. Duran. in rational. lib.
1. c. 3. Castro aduersus haereses. verb. imago. &
Septimacen. de catholicis institu. c. 33.

* Vnde sicut presidis ecclesiastici ea cura debet
esse, ne pingantur, vel quod iam pictæ, deleantur
picturæ illæ mentis corruptrices, & ad turpes vo-
luptates incitatrices, cùm facile sensus corporei,
quæ sua sunt, in animam deriuant: Constantino-
poli. syn. 6. can. 100. quod est perpetua memoria
dignum, & tangit Valent. Concil. sub Ayala, in

O. sese

sess. 5. c. 9, ita à cōtrario, eorum imagines & picturæ, quæ ad honestatem, continentiam, & religiosam vitam prouocant; summo consilio sunt retinendæ, ut contrariorum, contraria sit dispositio. l. 1. vbi notatur, ff. de ijs qui sunt sui.

Potentissima autem ad propositum erit inspectio figuræ domini nostri Iesu Christi, maxime, ad columnam ligati, & flagellati. Licet enim pro omnibus mortuus est Christus, 2. ad Corint. c. 5. c. in scripturis. 8, quæst. 1. c. potest. s. sicut de pœ-

¶ nit, dist. 1. quod intellige, pro omnibꝫ, quoad sufficientiam, & pro prædestinatis tantum, quoad efficaciam; gloss. verb. omnibus. in. d. s. sicut. & gloss. verb. omnium, in clement. 1. de summa Trinit. & ita intelliges Prospere dictum, relatum, in. c. semel, lo. 2. de consec. distin. 2. vt ibi aduertit gloss. verb. altitudo, tradit Concil. Trid. sess. 6. in decreto de iustifica. c. 3. ita etiam licet flagello rum tormentum, pro omnibus generaliter sustinere voluerit dominus, speciali quadam consideratione pro peccatoribꝫ lasciuis, & delictis carnis illud sustinuit, vt pij autores in hoc passu considerant, iungendo ea verba Pauli, Nescitis quod corpora vestra, membra sunt Christi. quæ commentat ad hoc Marquardus de Sufannis, de cœlibatu sacerdot. in princ. c. 5. nu. 13.

Regula. 10. Lectionem piorum librorum commendat, contrariam verò vituperat.

136 * Decimo, utilissima erit aliquorum piorum librorum lectio, Ex qua clerci meditent vitæ pre-

sen-

sentis miseriam, illius breuitatem, & vitæ æterne iudicium. Ad quod conduceat meditationes & soliloquia beati August. & beati Bernar. contemptus mundi, passio duorum, & similes. conduceat etiam Vitas sanctorum legere, & maxime illorū, qui ne coquinarietur cum fœminis, multa & magna tormenta passi sunt. Sic enim cum sanctis sancti erunt clerici, sicut ē contrario si libros lasciuos legēt, peruerteretur, psal. 17. Dicebat enim S. Isidorus, quōd ideo christianus prohibetur figmenta legere poetarum, quia per oblectamēta inanum fabularum, mentem excitat ad incentiua libidinum, & habetur in. c. ideo, 37. dist. Quomodo autem gentilium libri legi possint tradit Brunus de hæreticis, lib. 1. c. 5. ex nu. 31. &. S. Clemens Papa. lib. 1. apostolicar. constit. c. 6. & Franciscus Turrianus in explanatione ad eum.

Vnde postquam. S. Hieron. correptus fuit ab Angelo, quia Ciceronis libros accurati⁹ legebat, c. legimus. 37. dist. ad Damasum Papam, ita super hoc dolebat, dicens. Sacerdotes Dei omissis euangelijs, & prophetis videmus comedias lege, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere in manibus, & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. c. sacerdotes. 37. dist. Denique quod ex piorum librorum lectione luxuria pereat, idem Hieron. Rustico Monacho aduertit, dicens, Ama scientiā scripturarum, & carnis vitia non amabis, c. nunquam, de conse, dist. 5.

*Regula, ii. De oculis caute regendis, maximè in ecclesia, quo
loco qualiter fœmineus sexus compitus noceat, tractat.*

157 * *Vndeclimo, Abbas faciliorem clericis redde
ret continentiae conditionem, commendando ca
non. 47. Carthaginen. conci. 4. qui sic habet, cle
ricus per plateas, & andronas, nisi certa, & maxi
ma officij sui necessitate, nō ambulet. Quod pri
aduertit Spiritus sanctus, ut habetur ecclesiastici
c. 9. ibi, Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec
ob erraueris in plateis illius. Cūm enim tollenda
sit delinquendi occasio, l. conueniri. s. de pacis
dota, & maxima peccatorum pars ex concipi
scentia oculorum veniat, vt aduertit vltra experie
tiam, S. Ioan. epist. 1. c. 1. Nam omnis qui vide
rit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcha
tus est eam in corde suo. Matth. c. 5. c. qui viderit
3. quæst. 5. Sequitur ergo, quod in maximā in
continentiae, & luxuriae occasionem incurrit cle
ricus, per vicos, & plateas ciuitatis deambulans;
cūm Dauid rex in solario domus suæ Bethsabæ
videns, geminatam culpam commiserit, 1. reg. c.
11. Clericus autem in omnibus sui corporis mē
bris, à vertice capitis, vsque ad pedes debet honest
statem ostendere. ex Trotio, d. lib. 2. c. fin. nu. 2.
&. 3. quod prius allegando iura cōprobauit om
nino videndus Guliel. Durandus in aureo reper
torio, lib. 3. tit. de vita & honest. cleric.*

158 * *Quod si in quolibet loco, tollenda est delin
quendi occasio, iuxta illud. Si oculus tuus dex
ter scandalizat te, erue eū, & projice ab te. Matt.*

c. 5. maximè tamen dominis clericis & sacerdotibus, in loco sancto & ecclesia Dei, auferenda erit modo possibili. vt sensit electionis vas Paul. i. ad Corin. c. 11. dicens, quod debet mulier velum habere super caput suum, propter Angelos. Nam licet hoc explicans S. Ambr. dicat, quod in ecclesia, propter reverentiam episcopalem, mulier (per quam præuaricatio inchoata est) non habet caput liberum, sed velamine tectum. c. mulier debet. 33. quæst. 5. tamen glos. ibi, verb. propter reverentiam. Dicit, quod idem Apostolus exigit velatum caput mulieris, ut reverentiam sacerdotibus habendam designaret, id est, ne sacerdotes in mulieris faciem intuentes, inuitentur ad libidinem. Quod est summè notandum. Et hanc glossæ interpretationem, iuuat, expositio S. Ant. in sum. p. 3. tit. 1. c. 25. in fine principijs & ante alphabetum, dicens, quod idem mulier laqueus dicitur venatorum, Ecclesiastes. c. 7. quia capit aues & feras silvestres, id est contemplatiuos & solitarios per vi- sum, & idem consulte in hymno ad primâ horâ canoniam, Deum supplicant sacerdotes dicentes, vi- sum fouendo contegat; ne vanitates hauriat. Et est notandum text. ad cautè regendos oculos. in. c. nec solo tactu. 32. quæst. 5. videndus Marquar. de Susannis de cœlibatu sacerd. in princ. c. 9. ex nu- 10. moniales admonens de visu oculorum.

Sæpe enim (quod dolendum est) aliqui in ecclesia Dei magis suas, quam festivitates Dei celebrant; vt contra aliquos scholares, qui ad ecclesiastas vadunt,

ut videat dominas, aduertit glos, in verb. sed suas.
in. c. odi & proieci festiuitates vestras. 24. q. 1.

159 * Ex ijs autem perniciosus experitur abusus ille,
quo mulieres comam sibi nutrientes, nudo capi-
te, & crinibus gloriantes assistunt in ecclesia Dei,
ut aduertit episco. Guliel. Duran, in rationali di-
uinor, lib. 1. c. 1. nu. 47, in fin. quod sentire vide-
tur apostolus, in. d. c. 11. ibi, Nam etsi non vela-
tur mulier, tondereatur. &c. 1. ad Timot. 2. ibi, Si-
militer & mulieres in habitu ornato cum verecū-
dia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinib,
&c. &c. S. Petrus, in epistola. 1. c. 3. ibi, quarū
non sit extrinsecus capillatura. Vnde dato quod
dominus episcopus, non posset statuto prohibe-
re mulieribus, in publicū ire, pectore discooperi-
to, vberaque monstrando: poterit tamen sine dubio,
hoc prohibere, dum mulieres ecclesias intrat, ne
clericos, episcopo subditos alliant, & ea ratione
a Dei seruitio, & ecclesiæ diuertat, ut in terminis
considerat Guliel. Bened. in. d. c. Raynunti, verb,
cuidam Petro. nu. 43. & 44.

Neque ex hoc conqueri iuste poterunt, no-
biliores foeminæ, seu damæ (matronas enim sic
vocabamus ex Tiraquel. in. l. 5. connub. nu. 14.) qui
bus in ecclesia eminentior, & altior loc⁹ erit. arg.
s. cumq; anteā, ibi, altiori loco posita est, vbi loā.
Faber. de honor. possent, illę enim magis quam
aliam foeminæ, priuilegium & decorum Ecclesię
seruare tenentur, quo domum Domini decet san-
ctitudo. psal. 92, c. 2, de immunit, eccl. in. 6. bo-
nus

nº tex. in l. si qua illustris vers. cū in mulierib⁹ ingenuis. C. ad orfici. & hinc Cōc. valē. sub Ayala. ses. 3. c. 9. abusus remouet fœminarū in Missis nouis. & propter hæc. & similia incōmoda cauti præsides ecclesiastici. vigilias in ecclesia nō admit tūt. sequēd. cōc. Eliberti. in can. 35. & Tole. cōc. 53. de quo in c. irreligiosa. de cōse. dist. 3. tāgit Cōc. Ayalæ. d. ses. 3. c. 11. & ses. 4. c. 11. Bened. vbi sup. n. 45. in fine. & Couar. lib. 4. resolut. c. 19. nu. 10. Regula. 12. Saltationes & obscenos motus corporum recuperat.

* Duodecimo, aptior esset ad continentiam clericorum, obseruatio Conc. Venet. c. 11. & Cōc. Agathen. c. 39. de qua, in c. penult. 34. dist. dicēs, Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, qui bus ducendi uxores licentia non est, etiam aliarū nuptiarum euitēt cōuiuia: ne his cœtibus misceā: tur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obscœ ni motus corporū, choreis, & saltationibus effe runtur: ne auditus, aut obtutus sacris ministerijs deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione, polluantur. Si enim saltationes & balla, in laicis ipsis, damnat Laodicen. Conc. in can. 33, nihil mirum, si horum aspectum clericis interdicat, in cano. seq. c. non oportet, lo. 2. de conse. dist. s. vt dico in part. 2. num. 158. mors enim per fenestras & portas nostras ingreditur, hoc est per sensus corporeos. c. 1. vbi gloss. verb. portas. 16. quæst. 2. Quid quod vel propter ob locutiones hominum, a dominis clericis prædicta erunt vitanda, nam & hac ratione, monasteriis

ria puellarum longius à monasterijs monachorū
collocatur, & in eodem monasterio monachi &
monachē esse prohibētur, c. monasteria puellarū,
c. in nullo. 18. quæst. 2. & propter eādem famam
conseruandā, Turon. conc. 2. in can. 10. statuit, q.
nullus sacerdotū, aut monachorū præsumat aliū
in lecto suo colligere. Quod est satis notandum,

Regula. 13. De lingua cantē regenda, tangit.

161 * Decimo tertio, cùm in multiloquio nō desit
peccatū, & mors & vita sit in manibus linguae, pro
uerb. c. 10. & 18. Tiraq. l. 9. cōnub. nu. 39. Saray-
na, ad Roman. singu. 746. & difficile sit domare lin-
guā, epist. Iacob. c. 3. vtilius aduertisset Abb. vbi
sup. aliqua ad linguā cautē regendam, de quibus
Benedi. in. d. c. Raynuntius. verb. adiectæ. nu. 78.
cum nuga in ore sacerdotis sacrilegiū sit, ut tradit
Marsilius, de ecclesiast. redditib. c. 31. num. 5. &
moribus & verbis debeant clericī ostendere hone-
statem. 43. dist. in princ. &c. 1.

162 * Vnde Carthag. conc. 4. in can. 60. & 62. sta-
tuit clericum inter epulas cantantē, ex cōmunican-
dum, & clericum scurrilem, & verbis turpibus io-
culatore ab officio retrahendū esse, habetur in. c.
clericū. 46. dist. & c. clericū. 22. q. 1. & ioculato-
res, goliardos seu buffones clericos dānat. c. 1. de
vita & honest. cle. in. 6. Diaz. d. pract. c. 62. & hinc
colligitur perniciosissimū esse clericū, de suis cri-
minib⁹ gloriante, meritoq^e secundū qualitatē glo-
riationis, attēta qualitate loci, tēporis, & personæ
puniendū, c. quam sit graue, de excess. præla. Diaz
in. d.

in d. pract. c. iii. & Menoch. de arb. lib. 2. cas. 331.
nu. 3. & seqq. In omnibus enim sui corporis n̄ebris
à vertice capitis, vscq; ad plantam pedis honesta-
tem debet clericus ostēdere, vt notāter post spe-
cul. dixit. Trotius. d. lib. 2. c. fin. nu. 3. & Rojas
in epito. success. c. 27. nu. 14.

*Regula. 14. Aliqua naturalia medicamina ad continentiam re-
misiūne adducit, & de castratione spirituali agit.*

* Decimo quarto, faciliora poterat in dicto lo-
co Abbas, pro clericorum continentia aduertere
naturalia quædam remedia, vel ex virtute lapidū
herbarum, & similiū rerum, ut in simili conside-
rant Castro aduer. hæreses. verb. tentatio. in vers.
multæ sunt lapidum. & latè Tiraq. in. l. 15. con-
nub. nu. 93. & seqq.

* Præstabilitq; ijs medijs naturalibus, castitatē
parare: quam ferro, glossi, verb. obsequium. in
c. significauit, de corpore vitia. Quia apostolorū
canon. 22, ita habet. si quis abscidit semetipsum,
id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat cleri-
cus, quia sui ipsius homicida est, & Dei conditio-
nis inimicus. Præterea Conc. Arelat. 2, in cano.
7. ita habet. Si qui se carnali vitio repugnare ne-
scientes, abscidunt: ad clerum peruenire nō pos-
sunt. c. Si quis abscidit. c. Hi qui se. 55. distinct.
vbi gloss. de Origine meminit, qui se eunuchum
fecit. loc⁹ enim Matth. c. 19. ibi. Sunt eunuchi qui
seipsostrauerunt propter regnum celorū, nō
procedit in eo, qui sibi virilia amputauit, sed in
eo, qui spiritu affectum vincit libidinis, vt post

SS. August. & Basil. tradit Couarr. in clement.
si furiosus. part. 1. in initio. nu. 6. de homicidio.
vnde castrantes se, tantum abest ut mereatur ex
castratione, ut non solum se inhabiles ad ordines
reddant; sed etiam grauissimis poenis se exponat,
cum non sint domini membrorum suorum. l. li.
ber homo. ff. ad. 1. Aquil. ex Couarr. vbi supra.
& Iulio Claro. in pract. §. fin. quæst. 68. nu. 7.
Ideo enim circunceliones hæretici damnati sunt,

¶ dum affirmabant esse martyres appellandos eos,
qui vtrone sibi ipsis infligebant mortem, ut ha-
betur in. c. quidam autem hæretici. §. circuncilio
nes. 24. quæst. 3. Castro. aduers. hæreses. verb.
martyrium. hære. 3. quod si similia in viris san-
ctis accidisse legamus, id ex particulari quadam
Dei revelatione contigisse erit credendum. Vide
dus Petr. Plaça, in. lib. 1. delictorū. c. 24. ex nu.
2. maximè in nu. 10. & ibi. c. 23. nu. 5. & facit ille
¶ lud quod dicitur de euangelista Marco, digitū si-
bi amputante, ut considerat Soto de iust. & iure,
lib. 10. quæst. 1. art. 2. ad. 3. vers. ad id. & de S.
Papa Leone, sibi manum absidente, ut natum li-
bidinis ardorem extingueret.

Regula. 15. Admonitum Beati Hieronymi commendat.

165 * Decimo quinto, pro dicta continentia præsta-
bit, admonitum illud adducere S. Hieron. quem
cum Adriano ad hoc allegat Ioan. Neuizannis,
¶ in sylva nuptiali. lib. 1. n. 18. dicendo, Remoue
si non potes causas propinquas saltim remotas,
puta seruos & lenones, & dole si non potes à pec-
cato

cato abstinere, quod hoc Deo displiceat, volēdo experiri amore Dei, abstinere à tali peccato saltim per mēsem, vel in eo in quo peccabas quater, pecare solum bis, nam sic paulatim imminuēdo peccatum, Deus cor tuum illuminabit.

Regula. 16. Materiam cohabitationis Clericorum & mulierum tradit, & fugiendas occasiones edocet.

* Decimo sexto, & vltimo. (vt hoc perfecto numero discursum istum claudamus: Quem nūmerum ex mathematicis cōmendat Dñs Miedes episcopus Albarrasinen, in. d. tract, de constan-
tia, lib. 3. in princ.) efficaciū iam dictę clericorum, & sacerdotum continentiae prouideret Abbas, si conuersationem, familiaritatē, frequen-
tiam, & cohabitationem clericorum, & mulierū, quæ iura passim abhorrent, & damnant: fugien-
dam, commendasset. Quōd certē viro doctissimo facillimum esset, vel paleam illam adducendo,
32. dist. c. 17. quae sola potens esset, fertilissimum & vtilissimum fructum, in horrea clericorū. (hoc est ad eorum continentiam seruandam) adduce-
re. Ut ita merito reprobanda sit eorum opinio, qui paleas decreti contemnēdas putant, quasi in quibus resinanes ac leues cōtinerentur: nō enim ideo paleas vocamus, sed ideo, quod à Palea quo-
dam Gratiani discipulo, decreto addita fuere: vt dicit Ioan. Andr. ad speculat. tit. de disputa, & al lega. §. 6. nu. 15. in add. verb, earū. & hunc Gra-
tiani discipulū, fuisse cardinalem, asserit Iason, in rub. insti, de actio, nu. 12. in fin. & aduertūt emē

datores iussu Gregorij Papæ. 13. ante initium decreti.

167 * Verba autē dictæ paleæ talia sunt, Hospitio
 " Ium tuū autraro, aut nūquam mulierū pedes tec
 " rant, quia non potest toto corde cum Deo habi
 " tare, qui fœminarum accessibus copulatur. Fœ
 " mina conscientiam secum pariter habitantis exu
 " rit. Nunquam deformis mulierum disputes. Fœ
 " minę nomen tuum nouerint, vultum nesciat. Fœ
 " minam quam bene videris conuersantem, mente
 " dilige, non corporali frequentia. Si bonum est
 " mulierem non tangere, malum est ergo tangere.
 Ideo, S. Martir Papa Lucius, 1. (qui malitias Sa
 " tanæ non ignorabat, c. sed si forte. 81. dist.) di
 " cebat, quod clericus solus ad fœminæ tabernacu
 lum non accedat, nec solus præsbyter, cum sola
 fœmina fabulas misceat. c. clericus solus. 81. dist.
 eadem etiam cura fuit Carth. conc. 3. in can. 25.
 relatiuè. in. c. clerici. 81. dist. dicendo, ut clerici vel
 " continentes, ad viduas vel virgines, nisi iussu, vel
 " permisso Episcoporum, & presbyterorum non
 " accedant, & hoc non soli faciant, sed cum clericis
 " vel cum quibus episcopus iuss erit, vel præsbyter.
 " Nec episcopi, aut presbyteri soli habeant acces
 " sum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici præ
 " sentes sint, aut graues aliqui christiani. Bene facit
 illud Pauli, 1. ad Timotheum, c. 5. ibi, Adole
 " scentiores autem viduas deuita, & videndus tex.
 in. c. in omnibus. 81. dist. ibi, certe solum, & ad so
 " lam accedere, nulla religionis ratio permittit. &

ideo

ideò consultè vir magni nominis Cardinalis Bor-
rhœus in conc. Mediolan. 2. tit. 2. c. 32. prohibi-
buit clericis, etiam illustres fœminas docere le-
gere, scribere, canere, vel instrumento musico fo-
nare. Dicebat enim Beatus Ambrosius libr. 1. de
officijs. Quod prima tentamēta clericorum sunt
fœminarum frequentes accessus, nam iste sexus
reprehensibiles reddit illos.

* Hinc repetitis vicibus commendāda est Ale-
xandri. 3. in conc. Lateran. dispositio, quod cle-
ricus qui sine manifesta & rationabili causa, fre-
quentare præsumperit monasteria monialū, per
episcopum arceatur, & si nō destiterit ab officio 168
ecclesiastico reddatur immunis, c. monasteria, de
vita & honest. cleric. c. diffinimus. vbi gloss. verb.
monachi. 18. quæst. 2. & tangit conc. Valen. sub
Ayala. sess. 3. in. c. 19. vbi enim maius est pericu-
lū, ibi cautiū est agendū. c. vbi periculū de elect.
in. 6. & ideò plura notanda in materia monialū,
tradit Mediol. 1. conc. sub Cardina. Carolo Bor-
rhœo. Nā vt dixit S. Aug. Nō eo min⁹ illæ fu-
giēdæ sunt, quia religiosæ vidētur, quādo quanto
religiosiores sub prætextu pietatis latere posset
viscus libidinis, vt Tho. Hibern. in lib. florū do-
cto-
rū refert in verb. mulier. Grauissimū autē esset cū
sacrata virginē rem habere, & tria illa peccata cō-
mittere, vel vnum cum circumstantijs, gloss. verb.
incesta. in. c. virginibus sacris. 27. quæst. 1. vbi vi-
de, c. si quis. lo. 1. Marsilis. in. 1. vnic. nu. 40. & seq.
C. de raptu virg. Diaz in prac. can. c. 75. Rojas in.

Q

epito-

epitome success. c. i. nu. 19. Couarr. in. d. clem.
si furiosus. 2. part. in initio. nu. 8. vers. sed in rap-
tu. Marquar. de Susannis, de coelibatu sacerdo-
ti in princi. c. 9. maxime in. nu. 30. vbi adducit for-
main anathematis timēdam, in consecratione, seu
benedictione virginum. Quam tamen parum cō-
siderauit decretorum ille doct̄or, de quo Paulus
Grillandus in tract. de sortilegijs. q. 17. nu. 2. qui
pro amore monialiū nefaria fecit, vt ibi videbis.

169 * Quod si extera illa mulierum occasio, perni-
ciosa est admodum dictae clericorum continen-
tia: quid quæso propinqua, & intra domum pro-
priam, continua cohabitatio faciet? Hinc anti-
qui Patres & veneranda Concilia, cūm clericis si-
gnum pudicitiae debeant ostendere laicis, quib⁹
positi sunt in exemplum, Conc. Alemaniae sub Cō-
rrado. c. 5. ne dent populo pernicioſa luxuriæ e-
xempla. Durand, in tract. de modo generalis cō-
ciliij celebrandi. part. 3. rub. 35. nu. 1. passim su-
per hoc statuerunt. Nicen. namque Conci. 1.
“ in cano. 3. ita dixit: Interdixit per omnia sancta
“ Synodus, non episcopo, non presbytero, nō dia-
“ cono, vel alicui omnino qui in clero est, licere sub
“ introductam habere mulierem, nisi forte aut ma-
“ trem, aut sororem, aut amitam, aut etiam eas ido-
“ neas personas, quæ fugiant suspiciones. c. inter-
“ dixit. 32. dist. hoc etiam commendat Carthagi.
“ Conc. 3. in cano. 17. dicens, Cum omnibus om-
“ nino clericis, extraneæ fœminæ non cohabitent,
“ sed solæ matres, auiæ, & materteræ, amitæ, sor-
“ res,

res, & filiæ fratribus, aut sororum, & quæ cunquæ ex familia domestica necessitate, etiam ante quam ordinentur, iam cum eis habitabant, vel si fili⁹ eo⁹ rum iam ordinatis parentibus, vxores acceperūt, aut seruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit. c. cum omnib⁹. 81. dist. Quibus motus S. August. nec cum soror⁹ re habitabat, dicens, quæ cum forore mea sunt, sorores meæ non sunt. c. legitur. 81. dist.

* Ex quibus orta videtur, decisio. c. i. de coabitatio. cleri. & mul. (quam moderni iuris canonici emendatores, Nannetensi Cone, in. c. 3. tribuunt.) dicens, inhibendum est, vt nullus sacerdos, fœminas, de quibus suspicio potest esse, retineat. Sed neque illas, quas canones concedunt matrem, amitam, & sororem; quia instigāte dia bolo, & in illis scelus perpetratum reperitur; aut etiam in pedisequis earundem. Sed si quam de ijs necessitatem habuerit, presbyteri habeant in vicino, aut in villa domum longe à sua conuersatione, & ibi eis, quæ sint necessaria subministrent. Quod Abb. in. d. c. i. in. nu. 2. intellexit hoc modo. Quod iuuenes fœminæ extraneæ, licet essent bonæ famæ, non permittantur cum clericis habitare, secus autem consanguineæ. In his enim nihil sœui criminis existimari fædus naturale permittit. l. eum qui probabilem. C. de episc. & cleric. Craueta, in cons. 31. nu. 1. vol. 2. Suspectæ enim fœminæ sunt, quæ cum clericis cohabitare prohibentur. s. presbyteris, de sanctis. episc. Cōc.

Q. 2 Valen.

Valent, sub Ayala, sess. 3. c. 18. & plura alia cōcilia allegant Durand, in tract. de modo genera lis conc. celeb. part. 2. rub. 10. nu. 1. & part. 3. rub. 35. nu. 3. Marquardus de Susannis, vbi sup. part. incip. non puto. c. 3. nu. 2. Francisc. Pauinus, in trac. de visitationib. part. 2. quæst. 9. nu. 15. Choueronius in tract. de publicis cōcubinarijs. verb. tenet. vers. in domo propria. nu. 2. & verb. antecedenti. & Francisc. Zoānetus in tract. de roma no imperio. nu. 18. & seq.

171 * Hac si quidē suspecte mulieris cohabitatione, diligenter prospecta, turpis ille & immūdus (qui cūm fideliū omniū offensione, summo qz clerica

Plis militiæ dedecore experitur.) concubinatus clericorum cessabit, de quo in. c. præsbyteris. 27. distinct. c. vestra, de cohabitatione clericorum, & mulierum. cum ibi notatis, cum alijs quæ pas sim (de testando illum) aduertunt Diaz, in tract. can. c. 73. Rebuf. in concordatis galliæ. in rubr. de publicis concubinarijs. 30. poenas contra clericos concubinarios adducens, Choueronius in trac. de publicis cōcubinarijs, & Lamb. de iure patro. lib. 2. part. 1. quæst. 9. art. 20. quæ facient ad Conc. Trid. sess. 25. de reformat. c. 14.

172 * Prædicto namq; cōcubinatu sublato (vt nō entis, nō sint qualitates. I. eius qui in prouincia, ff. de reb. cred.) frustra mēbranas occupabit, in digna illa, & dedecora quæstio, An & quomodo valere possit donatio, quā clericus suæ cōcubinæ facit. De qua Bar. in. l. affectionis. ff. de donationib.

nu.

nu. i. & ibi addi, verb. cœlestis militiæ. Anchæ a³
in conf. 247. Capycius in deciss. 102. Roland. a Va
lle, in conf. 98. nu. i. & seq. vol. 1. Ioan. Gutier. de
iuramento cōfirmatorio. part. 1. c. 6. nu. 5. Palac
cios vbi sup. §. 39. ex nu. 1. Couar. in. c. peccatum.
part. 2. §. 2. nu. 2. dereg. iur. in. 6. & Choueron.
vbi supr. verb. cōtra prædictos, n. 1. & 21. & seq.

* Cūm igitur cessante causa cesseret effectus. c.
cūm cessante, de appella. l. & si amicis, ibi, sine col-
loquio adulteriū non cōmitteretur. ff. de adulter.
c. veniens, lo. 12, ibi, ex conuersatione diutina, so-
rori puellæ carnaliter se coniunxit, de eo, qui co-
gnouit consan. vxor, suæ. & præmissis sublati,
non peruenitur ad actum, vt agens de osculo libi-
dinoso tangit Couar, in. 4. part. 2. c. 7. §. 6. nu. 3.
& facit, l. oratio, ff. de sponsal. euidenter cōsta-
bit etiam, quod sublati per dominos clericos, lu-
xuriæ occasionibus, de quibus S. Anto. in sum-
ma, part. 2. tit. 5. c. 8. vers. & propterea, & vers.
quantum, sublatiç causis destructiuis castitatis,
de quibus idem. part. 4. tit. 4. c. 6. §. 2. tolletur
sine dubio clericorum incontinentia, seu luxuria,
quaꝝ summopere Deo, & hominibus est odiosa,
cūm vt supradicebā ex B. Aug. plus placet Deo
latratus canum, mugitus bouum, grunnitus por-
corum, quam cantus clericorum luxuriantium.
Incontinentia enim carnis hæreses generat, vt tra-
dit Conrradus Brunus de hæreticis. libr. 1. c. 5.
nu. 26. & possit confirmari exemplo illius doc-
toris monialem adamantis, de quo supra, nu. 168.

* Ex supradictis ergo, satis, Deo fauente, consultū videtur dominis clericis, vt faciliū possint, iuste iudicata ab ecclesia continentiae legem, & conditionem implere, vt ita magis apud Deum mereantur, quam si nubarent. vt dixit idem Abbas in. c. 1. §. vna vero. nu. 3. vers. ultimō nota, de summa Trinitate, & in. c. cūm quidam. num. 4. in fin. de iure iurando, Conc. Trid. sess. 24. in canone. io. Vnde cūm tam ordinarijs. remedij pro seruanda continentia, iuuentur clericis; nō erit cur Abbatis petitio, in. d. c. cūm olim. nu. 5. admittatur, salubre dicens. (quod tamen supra reprobauimus) clericis matrimonium. Si enim cōmuni auxilio, & mero iure muniti sunt clericis; nō debet eis tribui extra ordinarium auxilium, l. in causæ. la. 2. ff. de minorib.

* Hæc autem modo adduxisse sufficient, contra illa potissima monstra ignorantiam, auaritiā, & luxuriam, quæ ecclesiastico statui, & honori maximē esse inimica, probauit. Cætera namque, quæ pro totius cleri reformatione, (si tamen reformatione indiget,) cumulauit Guliel. Durand. vulgo Speculator, in tract. de modo generalis concilij celebrandi, part. 3. rub. 29. nu. 1. vbi in fine indicat loca, vbilatiū tractauit materiam. & est cœlebris in proposito locus. Videnda constitutio Laurentij Cardinalis pro reformatione cleri Germaniæ. de anno 1524. Ratisponæ edita, quæ habetur in tomo. Conciliorum.

Tempus autem opportunum videtur, vt circa secundam Flosculi nostri seu tractatus partem nauigemus, & aliqua de excellentia, & dignitate sacerdotum, (pro tenui facultate) tangamus: vt debita ab omnibus Christi fidelibus prosequantur reuerentia, aliquas grauissimas poenas contra facientibus ostendendo, modumque declarando, quo honor clericorum, ad honorem Dei, & decorum Ecclesiae aug-
geatur.

Explicit Pars prima Flosculi.



Q 4

Expliquez les termes d'hydrologie

SECUNDA PARS

FLOSCVL DE CLERICORVM ET

Sacerdotum excellentijs, & alijs quæ ad eorum vitam, statum, & honorem pertinent,

¶. 1. Sacerdotum Noui Testamenti, ad illos Veteris Testamenti, excellentiam ostendit.



Onorem, dignitatē, & excellentiam trāctaturus Clericorū, seu sacerdotū, quo rum in iure promis cūm vocabulū est, c. clerōs, vers. gene raliter. 21. dist. auth. præsbyteros. C. de episcō. & cleri. glo. verb. sacerdotū. in

c. 2. de cohabit. cle. & muli. tangit Ioan. Turrecre mata. in. c. omnium. nu. 1. dist. 32. & Lucas de Pennia. in. 1. vnic. nu. 2. de periculo successorum parentis. lib. 10. C. Illud in primis est aduertendum, quod omnia quæ in sacra scriptura, & alibi reperiri poterunt, quæ ad honorem & excellētiā sacerdotum expectent; singulariori, & excel lētiori modo procedunt, & habent locum in dominis sacerdotibus euangelicis, quam in sacerdotibus veteris testamenti. Quod patet, sacerdotij

R Leui

Leuitici imbecillitate considerata, Triden. Cōcil. sess. 21. in princ. c. 1. & sacerdotij translatio-
ne, c. translato, vbi glos. & dd. de constitu. tan-
git Ioan, a Capistrano in tract. de autoritate Pa-
pæ, part. 2. secundæ partis, nu. 68. & 170.

* Hoc etiam patet. 2. ad Corint. c. 3. ibi, Ide-
neos nos fecit ministros Noui Testamēti non li-
tera, sed spiritu. & iterū ibi, Quod si ministratio
mortis, literis deformata in lapidibus fuit in glo-
ria, ita vt non possent intendere filij Israel in fa-
ciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ eua-
cuatur; quomodo non magis ministratio spiritus
erit in gloria? Vnde altaria nostra maioris auto-
ritatis sunt, quam altaria veteris testamenti. Gi-
gas in tracta, de criminе læsæ maiestatis, libr. 1.
quæst. 10. nu. 10. & de euangelicis sacerdotibus
expressè tradunt Clichthoueus in tract. de vita &
morib. sacerd. c. 5. vers. ex quibus, Soto de iust.
& iur. libr. 7. q. 6. art. 1. §. ad prim. vers. ad tertium,
& libr. 9. q. 4. art. 1. vers. tertia conclusio. & vers.
his autem, Palacios in tract. de libertate ecclesia-
stica, part. 2. quæst. 12. nu. 1. & Marsilius de redi-
ditib. ecclesiast. c. 27. nu. 31.

* Vnde illud Exodi. c. 22. Dijs non detrahes,
illud Malachiæ. c. 2. Quia angelus Domini. &c.
in ipsis noui testamenti sacerdotibus efficacius
verificabitur: cùm de sacerdotib⁹ sacra illa dicta
intelligātur, vt ostendūt. c. sacerdotibus. II. quæst.
1. c. cùm ex injuncto. vers. licet de hæret. S. Anto-
nin, in summa, part. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. in fin. Bru-

nus

Sacerdotum excellentijs. Pars. 11. 131
nus in tract. de hæreticis. lib. 2. c. 4. num. 1. &
pari ratione in ministris euangelicis intelligi debet
efficacius, illud Paralipomen. lib. 1. c. 16. &
Psal. 104, ibi, Nolite tangere Christos meos, &
illud Zachariæ, c. 2. ibi. Qui vos tangit, tangit
pupilam oculi mei, & alia plura.

§. 2. Excellentiam institutionis Sacerdotum tangit.

* Cūm enim Dominus noster Iesu Christ⁹ ve
rus Deus & homo, altissimo quodam & specia
li modo, autor euangelici sacerdotij fuerit, in sa
craffissima & memoranda illa cena, Concil. Tri
dēt. sess. 22. in prin. c. 1. & tetigi sup. part. 1. quid
mirum si specialem quandam affectionem ad euā
gelicos habeat sacerdotes, quos suos specialiter
fecit autoritatem impartiendo, arg. l. i. vers. omi
nia. C. de veteri iure enu. Hyppo. de Marsilis, in
singula. 567. quam affectionē declarauit Matth.
c. 10, ibi, Qui recipit vos, me recipit, & Lucæ. c.
10, ibi, Qui vos spernit, me spernit, c. in Nouo.
21. dist. ex quo meritō prima sacerdotum excel
lentia, ab eorum institutione erit petenda, vt &
facit Chasseneus, in cata. glor. mun. part. 4. con
side. 2. cum alijs quæ supra. part. 1. nu. 6. dixi, tā
git Senonen, Conc. in decretis fidei. c. 10. vers. de
sacramento ordinis.

§. 3. Insinuat quod Christus honorem seruauit Sacerdotibus
ad Christianorum instructionem, vt ipsi quoscunque ho
norent sacerdotes, & bene de illis præsumant.

* Præterea cūm omnia quæ scripta sunt, ad no
stram doctrinam scripta sunt, ad Rom. c. 15. & om

R 2 nis

nis Christi actio nostra sit instructio, c. Deus omnipotēs. 1. quæst. 2. magnum etiam motiuum ad ostendendam sacerdotum excellentiam, & quod omnes homines illis debeant summam reuerentiam, ex propria Domini nostri Iesu Christi actio ne erit petendum. Ipse enim Iesus Christus rex & iudex, & Deus noster, usque ad passionis diē seruauit honorem sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cūm leprosum emundasset, dixit illi, vade & monstrate sacerdoti, Lucæ, c. 5. sacerdotē appellans, quem sciebat esse sacrilegum, & plura alia fecit, ut doceret sacerdotes veros plene honorari, dum circa falsos sacerdotes, ipse talis extitit, ex beato Cipriano, ut habetur in, c. dominus noster. 93. dist.

6 * Ex hac autem actione Christi plura inferuntur ad laudem & honorem nostrorum sacerdotum. Et in primis, quodd non solum boni, sed etiā malii (si qui sunt) merentur honorem. d. c. dominus noster, ubi glos. verb. sacrilegum, & glos. verb. specialiter in, c. sacerdotibus. 11. quæst. 1. unde sub infertur, q̄ prædicatio criminosi, catholici tamē sacerdotis, nō debet contēni. Sicut enim luxivium per cinerem humidū fluens lauat, & nō lauatur: ita bona doctrina, per malū doctorem, animas credentium lauat à fôrdibus peccatorum. c. nihil. §. fin. 83. dist. Non enim per malum ministrum, contaminatur donum Christi, quia per illum purus fluuius transit, & evenit ad fertilem ter-

ram

ram. c. si iustus. 1. quæst. 1. Nam etsi dispares sint sacerdotes merito, pares tamen sunt officio. ut exprelsit Papa Leo. 9. in epistola aduersus presumptiones Michaelis. c. 34.

* Qualiscunque enim sacerdos sit, quæ sancta sunt coequinare non potest; idcirco ab eo, usque quo iudicio episcoporum reprobetur, communio percipienda est. c. sciscitantibus. 15. quæst. fin. c. consulendum. 28. dist. declarat gloss. verb. audiat. in. c. nullus missam. 32. dist. c. vestra. & ibi. dd. de cohabita. cleric. & mul. non enim merita sacerdotum, sed virtus diuina sacramenta sanctificat. c. multi sæcularium. 1. quæst. 1. Et ideo Triden. Conc. sess. 14. in princ. c. 6. dixit. Docet quoque etiam sacerdotes qui peccato mortali tenetur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collata, tanquam Christi ministros functionem remitten di peccata exercere; eosque prævenire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendent. & sess. 7. in canone. n. de sacrament. ibi Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent seruauerit, non confiscere, aut conferre sacramentum; anathema sit. Vidédi in materia Castro aduersus hæreses. verb. potestas. Rodeanus in tract. de simonia mentali. part. 1. c. 8. nu. 10. Co uarru. in. d. clemēt. si furiosus. part. 1. s. 1. nu. 5. & Michael Aninyon, in tractatu de ynitate ouilis & pastoris. c. 7. nu. 15. & 16.

R

Vnde

* Vnde non quales sacerdotes Domini sint, sed
quid de Domino loquantur, est praeuidendū, ex
Nicol. Pap. c. nō quales, 1. quæst. 1. Hoc est illud,
Matth. c. 23. ibi, Super cathedram Moysi sederūt
Scribæ & Pharisei, omnia ergo quæcunque di-
xerint vobis, seruate & facite, secundum opera
vero eorum, nolite facere, dicunt enim & non fa-
ciunt. Ex quo dicebat S. Hieron. q̄ propter sa-
cerdotium, & nominis dignitatem. Domini hor-
tatur populos, ut subijcantur eis, non opera sed
doctrinam considerantes, & habetur in lect. 1. fe-
riæ, 3. Dominicæ, 2. quadragesi.

* Quid quod, et si sacerdos doctrinā nō habeat,
(quod absit per dicta superius in 1. parte) honorā-
dus tamē est. Dicit enim, c. cū ex injuncto. §. licet.
de hæreticis, quod non est simplicibus sacerdoti-
bus, etiam a scholasticis detrahendum: cūm in
eis sacerdotale officium debeat honorari. Durād.
in rational. in procem. nu. 5. Quāuis enim defectus
istæ doctrinæ in ministris ecclesiæ per superiores
animaduertendus, & corrigendus sit: piē tamen
ab alijs qui didiscerunt, tolerandus est. ex S. Au-
gust. c. sedulo. 38. dist. facit. c. quicunq;. §. inhibe-
mus. de hæreticis. in. 6. vbi laico sub excomuni-
cationis poena interdictur disputare de fide, nō
tamen clero licet rurali. vt ibi dicit gloss. verb.
laice, quod declarat. dd. in. 1. nemo clericus. C.
de summa Trinitate. Brunus de hæreticis. lib. 6. c.
fin. Castro, de punitione hæreticorū. libr. 1. c. 19.
& seq. Sæpe enim Deus potētores vult esse sim-
pli-

plicis alicuius sacerdotis voces, quam omnium virorū doctorū sylogismos. Nam in Nicen. Cōcil. simplex cōfessor famosum philosophū ad Christianā conuertit fidē, quē non potuerat doctissi morum virorū & antistitū argumenta, refert Castro in trac. de iusta hæret. punit. lib. 2. c. 1. circa fin. in versic. pro hac re. & Sanctulus presbyter mirabilia fecit, cūm tamen ipsa elementa literarum bene non nouerat, vt refert Beatus Gregorius in dialogis, lib. 3. c. 37.

* Infertur etiam quod si malus Sacerdos, eo solo quod Sacerdos est, honorandus venit per supradictā Christi actionē, q̄ in congruū, non vrbaniū, sed absurdū erit propter vnum malū clericū, vel monachū, totū cœtū, & vniuersum ordinem clericorū, & monachorū paruipendere. Nō enim debet alteri, per alterum iniqua conditio inferri. 1. non debet. ff. de reg. iur. Chasse. d. catalogo. part. 4. considera. 4. vers. & vt quidam nā delictū persona non debet in detrimentū ecclesiæ redundare. c. delictum. de reg. iuris. in. 6. tāgit in alio proposito Petrus de vbal, in tracta, de canonica episcopali. tit. de canonica parochia li. c. 7. nu. 20. & anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezechielis. c. 18. facit rubr. C. ne filius pro patre. Nihil enim in effectu pestilens traditor Iudas venerando Apostolorum Collegio detrahere potuit, vt tetigit S. Clemens Papa, lib. 2. Apostolica. constitut. c. 14. vers. et si vultis. Nam singulorū delicta singulos autores pena afficiūt.

R. 1. San-

1. sancimus. C. de pœnis. Vniversitati autem tūc obstant, quando conuocatum esset concilium, & pulsata campana, ex quo concors omnium ad delinquendum cōsensus possit intelligi. iuxta glos. verb. non debetur. vers. item quid si quilibet. in. l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Dianus, in. d. c. delictum. Abb. in. c. dilectus. lo. 2. nu. 13. de simonia. vbi Feli. n. 6. vers. sexto in quā tum. Gomes, in. 3. tom. variar. resolut. c. 1. nu. 52. vers. quinto facit. Iulius Clār⁹, in pract. §. fin. quæst. 16. nu. 7. & 8. & Nicolaus Moronus de treuga & pace. quæst. 138. nu. 44. & quæst. 139. Vnde illæsum ius vniuersitatis vel in uno solo poterit conseruari. d. l. sicut. §. fin. vbi not. & hoc est quod in simili docent Theologi. quod tempore passionis Domini nostri explicita & viua fides remansit in sacratissima virgine Maria. Quod ex usu ecclesiæ in maiori hebdomada, quando in tenebris omnes candelæ extinguntur, sola remanente ea quæ est in medio, tradit Durād. in rationali. lib. 6. c. 72. ex nu. 15. maximē nu. 25. videns Cano, de locis theologicis. lib. 4. c. 5. vbi articulum istum declarat.

* Vnde excessus vnius clerici, ut Iudæ, vel vnius monachi, ut Lutheri, egredere fines suos non debet, nec alijs bonis clericis, & monachis detrimētum adferre. Nam quamuis Abb. in. c. Ioannes, nu. 2. in fin. de cleric. coniug. ex illo tex. colligat, quod actus in honeste gestus ab uno ex clericis, redundat in vituperium totius ordinis clericis

lis; hoc erit intelligendum, ad hoc, vt delinquens per illam circumstantiam grauius puniatur, non autem ut ex illius particularis delicto, per supradicta, iuridica sit contra alios clericos praesumptio. Ex quo nullius considerationis erit laicorum motiuum, si per lapsum vnius clerici, ceteros paruipendant: quia contra ipsos eadem procederet consideratio, quando vnum ex eis delinqueret, cum duo sint Christianorum genera clericorum, videlicet & laicorum. c. duo. 11. quæst. 1. Oportebit ergo, quod in suo genere admittant idem, quod in genere clericorum exasperant, nisi fateri vellint ex depravata natura venire, qua infestos clericos habent. c. laicos. c. laici. 2. quæst. 7. c. clericis, in princip. de immunitate Ecclesiistarum. in. 6. & ex hoc etiam reprehendendi erunt, ex Abba, in. c. cum ex iniuncto. nu. 1. in fin. de haereticis.

* Præterea infertur ex superiori Christi actione, qua nobis exemplū datum est, honorare sacerdotes, qui eo ipso tempore mali sunt: quod iniustum & iniquum erit, si lapsum aliquando sacerdotē emendatum tamen non honoremus, & cum quasi non lapsum, nō suscipiamus. Prodig⁹ nāc⁹ ad sanos mores rediēs, desinit esse sub cura, Iason. in. l. is cui bonis. nu. 16. ff. de verbor. obliga. Et opera facta in charitate, licet per subsequens peccatum mortificata sint: recedente tamen peccato, & iterum accedente charitate, priorem effecitum recipiūt, & satisfactoria, & meritoria sunt.

S glos.

gloss. verb. percipitur, in. c. querat hic, de pœnit. dist. 3. a theologis recepta, ut tradit Couarr. in. d. c. alma mater. part. 1. §. 4. nu. 10. & in terminis quod sacerdos emendatus priorem locum & honorem recipiat, probat authent. interdictus. C. de episc. & cler. ibi, Proprio ministerio reddere. c. ponderet. c. Ioannes. c. si post ordinationem. §. e contra. 50. dist. Adeò ut si culpæ commissæ dignam egerit sacerdos pœnitentiam, possit ad Cardinalatum, & Papatum (alio non impediente) promoueri. ut tradit Gambarus, in tract. de autoritate legati de latere. lib. 7. nu. 11. & seqq. & ideò Alexan. 3. in Lateranen. Concil. part. 26. c. 13. in fin. allegando Calixtum Papam dicebat, errant qui putant post dignam pœnitentiam sacerdotem lapsum non posse reparari, & ministrare posse, si à malis abstineat.

* Cum enim incomprehensibilia sint iudicia Domini, & inuestigabiles viæ eius, ad Romanos c. 11. & tangit Felinus in. c. si quando, nu. 9. de rescript. Quis enim in lapsu sacerdotis, sicut in alijs, cognovit sensum Domini? 1. ad Corinth. c. 2. in fin. Hinc Beatus pater Aug. lib. 14. de ciuitate Dei. c. 13. in fin. dicebat, audeo dicere, superbis vtile esse cadere in aliquid apertum, manifestumque peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo, ceciderant. Ideò fidelior factus est, Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. c. fidelior, 50. dist. Bona namque est delicti me-
mo.

moria illa, quæ est ad cōpunctionem, glos. verb.
in aspectu, in. c. valet. 81. distin. c. sunt qui arbitri
trentur, vers. nihil est. de pœnit. dist. 1. Aliorū
namque lapsus, Deus in bonum facit proficere,
dum occasionaliter, lapsi, fortiores resurgunt, c.
talibus, vbi. gloss. fin. de pœnit. dist. 2. Tiraque.
de pœnis temperan. causa. 51. nu. 22.

* Regius enim Propheta dicebat, in psal. 40. 14
nūquid qui dormit, nō adiicit ut resurgat? Quod 22
in terminis, cadentis sacerdotis, considerat Calix
tus, 1, habetur. in. d. c. ponderet, 50. dist. Ex qui
bus gloss. in verb. gratiam. in. c. fidelior. 50. dist.
dicebat, Quod potius eligendus est, qui postquam 22
peccauit, pœnituit, quam ille qui semper bonus
fuit, quia magis sciret compati peccatoribus, exē
plo beati Petri. in cuius confirmationē plura pos
sent adduci, ex Iason in rubr. ff. de iust. & iure.
nu. 7. vbi tamē corrupte allegat, ad. id gloss. fin.
in fin. in. c. obeuntibus. §. fin. 69. dist. cūm sit in
dist. 63. Quod tamen culpa impressorum contin
gere potuit, ut ipsem et Iason in. 1. maritus. nu.
3. vers. sed responde. C. de procuratoribus consi
derabat, quod depravatio lecturæ Alexandri, ex
culpa impressorum prouenerit. Ad propositum
tamen quod magis eligendus sit, qui peccauit &
pœnituit, quam qui semper bonus fuit: tractant
Romanus in singulari. 73. incip. sunt electi. &
ibi. additiones, & Cotta, in memorab. incip. do
ctor literatus. vers. in contrarium. Videtur facere
ad hoc, Lucæ, c. 5. ibi, nō veni vocare iustos, sed 200
S. 2. pec.

peccatores, & apud eundem, in cap. 15. dum inuenia oue deperdita, conuocatis amicis, gaudiū fit, & exultatio: Qua occasione sumpta, Dominus Iesus Christus dicebat, ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pænitentiā agente, quā super nonaginta nouem iustis, qui non indigēt pænitētia. Quæ sunt bene notanda, ut lapsi hoc modo facilissimis à malis moribus reuocentur, ut considerat Cotta. in. d. vers. in contrarium.

* Patet autem ex superioribus nullam præteriti lapsus, in emendato sacerdote habendam esse memoriam. Præsumptio enim illa, quod semel malus semper malus præsumatur, de qua in. c. semel malus, de regu. iuris, in. 6. cūm non sit iuris & de iure, sed iuris tantum; probationem admittit in contrarium, glos. in verb. credendum, in. 1. antiquæ. C. ad Velleyan. Socin. in reg. 384. inci. probatio contra. & Couarru. in. 4. part. 1. c. 4. §. 1. nu. 2. 3. & 7.

* Et ideo ad tollendam. d. c. semel, præsumptionem, probādamq; peccatorum purgationē, & virtutis augmentum ostendendum, triennialis temporis sufficit testimonium, quo ille qui lapsus est, emendatam ostendens vitam, cum viris bonis conuersetur, vt est text. in. §. si vero is qui, in authen. de monachis. Ex quo regulā & præsumptionem, d. c. semel, limitant Iacob. Nouellus, in pract. crimin. rub. ad defensam. in tit. an indicia pro reo danda sint. nu. 48. Tiraquell. de pænis temper. causa, 19, maxime, nu. 5. Rolan. a Valle

in cons. 63. nu. 11. volu. 3. & Choucronius in tra-
cta de publi. concubinarijs. in verb. vsquequo cū
eis. nu. 5. docens, quando concubinarius emen-
datam dicitur agere vitam. & facit ad superiora
Concil. Trid. fets. 23. de reform. c. 9. ibi nisi per
triennium secum fuerit commoratus.

* Quod si aliqui cōtra lapsū clericū semper
vellint adhærere dictæ regulæ, quod semel mal⁹,
malus semper præsumatur, in eodem saltim gene-
re mali, nullamque admittendo iuridicam excep-
tionē, vellint ad literā, hoc est iudaicē intelligere
iura, vt in simili dixit gloss. verb. aliquas. in. l.
damni infecti. la 1. s. si is qui, ff. de damno infec-
to. Bald. in. l. quicunq. nu. 17. in fin. C. de ser-
uis fugi. & Rojas, de hæreticis. part. 2. assertione:
6. nu. 13. merito retorquendum erit contra ipsos
argumentum, querēdumque ab ipsis, si tam ob-
seruatores sunt generaliū regularū, quare à prin-
cipio, nullo conītito clerici lapsū, generalem illā
regulam non obseruant, in naturali ratione fun-
datam, qua quis indubio bonus præsumitur. c.
final. de præsumpt. gloss. verb. stimare. in. c. 1.
de scutrinio. Socinus, in reg. 74. & Dueñas reg.
75. incip. bonus. & Lambert. de iurepatron. lib.
2 part. 1. quæst. 10. artic. 2. Objectioni enim. cō-
grua nulla videtur alia admittenda responsio, nisi
quod laici id quod de se sciunt, in clericis suspicē-
tur, & in quo ipsis insaniunt, putent clericos fure-
re, vt satis in terminis allegando Senecam, consi-
derat Turon. Conc. 2. in. can. 10.

S i Con-

18 * Consultius enim de sacerdotib^z præsumebat
 " Antherus Papa dicendo, absit, ut quidquam fini-
 " strum arbitremur de ijs, qui apostolico gradu-
 " succedentes, Christi Corpus sacro ore conficiunt,
 " per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves
 " regni cœlorum habentes, ante iudicij diem iudi-
 " cant, c. absit. 11. quæst. 3. nam ultra quod quilibet
 in dubio bonus præsumendus est ut dixi; in spe-
 cie tamen, maxima est Sacerdotis præsumptio.
 Baldus enim in. l. final. nu. 6. C. de fideicommis.

¶ illud obseruat, quod sola sacerdotis præsentia tol-
 lat falsi præumptionem. Et sacramentalis cōfes-
 sionis arcanum solis sacerdotibus commissum,
 integratem sacerdotū supponit, c. omnis vtrius
 que sexus, de poenit. & remis. Denique cōfessio-
 nis arcanum, si sacerdos dicit se reuelare ex poeni-
 tentis licentia & facultate, quid nisi maxima sacer-
 dotis præsumptio, ad credēdum inducit, c. signi-
 ficasti, vbi, dd, deadulterijs, Felin. in. c. Matthe-
 nu. 1. de simon. & in. c. 1. nu. 3. de except. Marsi-
 lis, in. l. si quis ne quæstio, nu. 178. ff. de quæstio-
 nib. Anto. Gabriel. lib. 1. conclusio. tit. de testi-
 bus, conclu. 1. nu. 28. vers. Septimo limita, & Co-
 uar. in. 4. part. 2. c. 8. §. 12. nu. 11.

19 * Præterea indicia, quæ contra laicum admit-
 tuntur, non sic facile contra clericum & sacerdo-
 tem procedunt, vt exemplis adductis probat Frā-
 cis, Cassoni, in tract. de torment. c. 11. nu. 7. & seq.
 vnde gloss. in verb. sinistrum, in. d. c. absit. 11. q.

¶ 3. illud obseruat, quod si clericus deosculetur, vel

amg

amplectatur mulierem; non debet accipi in malam partem, sed potius quod causa charitatis, & benedicendi fecerit. & tradunt Angelus de Clauasio, in summa, verb. clericus. 10. 5. in princip. Francis Brun⁹ in tract. de indicijs & tortura. part. 1. quæst. 4. nu. 9. Horatius Lucius in tracta, de priuilegijs scholariū, in præfatione, nu. 17. Angel. de Maleficijs, in verb. che hai adulterato, nu. 9. & Mascardus, de probatio, conclus. 581. nu. 7. Vna siquidem præsumptio, aliā tollit. l. licet Imperator, de legat. 1. Marsilis in. l. i. nu. 50. C. de sicarijs. Tiraquel, in. l. Si vñquam. verb. donatione largitus, nu. 156. C. de reuocand. donat, & Rojas, de hæreti, part. 1. nu. 332.

* Et quamuis vxorati dicant, quod à tali benedictione liberet Deus uxores suas; ut dixit Ange. in. d. nu. 9. Cassoni, in. d. c. ii. nu. 10. & Brunus in. d. quæst. 4. nu. 9. Quin & episcoporum vicarij in contentioso iudicio non sic facilē admitterent glossam, cum Baldus, in. l. neque natales, nu. 1. C. de probatio, dicat, quod quando scholaris loquitur cum puella, non præsumitur ei dicere Pater noster, & sequitur Horatius Lucius, vbi supr. nu. 27. & in terminis contra d. gloss. tenet Choueronius, de publicis concubina. rubr. de adulterio, nu. 82. & seq. & maximè hoc nostro tempore, quo merita hominum defecerunt. c. fraternitatis. 34. dist. tamen in casu etiam quo certus esset clerici lapsus, & nota fragilitas, non erit infamandus, sed cooperiēdus clericus, & sacerdos,

“ ex Constantino Imperatore, dicente, Vere si pro
 “ prijs oculis vidissem sacerdotem Dei peccantem,
 “ chlamidem meam expoliare, & cooperirem eū,
 “ ne ab aliquo videretur. c. in scripturis. 96. dist. Ti
20 mebat namque Christianissimus imperator, in
 pñnam pessimi Cham incidere, qui verenda pa-
 tris non operuit, sed potius alijs fratribus, deridē-
 da monstrauit. vt satis in terminis aduertit An-
 cletus Papa, habetur, in. c. sententia Chā. 2. quæst.
 7. constat autem sacerdotes patres esse, vt ostend-
 do infrā.

21 * Patet ergo ex supradicta Iesu Christi actione,
 circa honorem sacerdotum illorum, optimū suis
 se relictum exemplum nobis, vt euāgelicos sacer-
 dotes indistincte honoremus. Neque omittenda
 est ad hoc alia actio eiusdem, qua, in sacratissima
 cæna pedes discipulorum, & maximē traditoris
 Iudæ lauit. Ioā. c. 13. vnde & boni, & (si qui sunt)
 mali honorandi sunt Sacerdotes. Quia ea quæ
 tunc fecit Dominus, particulariter fecit vt exem-
 plur omnibus daret. d. c. 13. Ioan.

22 **g. 4.** Docet quod Iesus Christ⁹ sit Sacerdos, refutatq; Suidæ na-
 rationem, & Lenauderium & Chasseneū, & tradit quo
 modo Iesus Christus exercuit ordines.

23 * Transeamus modo ad alia fundāmenta, qui
 bus etiam hōnorem & excellentiam Sacerdotum
 ostendamus, ex quibus populus moueatUR ad
 eorum reuerentiam. Conducet autem ad hoc ma-
 ximē consideratio illa, quod Dominus noster Ies-
 sus Christus, sacerdos sit. Psal. 102, ibi, Tu es Sa-
 cer-

cerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. ["]
 ad hebræos. c. 5. & Conc. Trid. sess. 22. in prin.
 c. 1. & c. firmiter. §. vna verò. de summa Trinita-
 te. Fuit autem sacerdos secundum ordinem Mel-
 chisedech, nō quasi principalioris sacerdotis, sed [¶]
 quasi magis præfigurantis excellentiam sacerdo-
 tij Christi, ad sacerdotium Leuiticum. tangit S.
 Thomas in. 3. part. in quæst. 22. maximè in artic.
 6. in respon. ad primum, &c. accipite, & come-
 dite, de consec. dist. 2. ibi, vt quomodo in præ-
 figuretione eius, Melchisedech summi Dei sacer- ["]
 dos panem & vinum offerens fecerat, ipse quo- ["]
 que veritatem sui corporis & sanguinis repræsen- ["]
 taret, & tradit Castro, aduersus hæreses, verbo:
 missa, super hæresi. 2. vers. hoc igitur.

• Aduertere tamen hoc loco visum fuit, recedē ²³
 dum esse à fabula Suidæ, dum conatur ostendere
 Christū dominū fuisse sacerdotem legis, & vñū
 ex viginti duobus deputatis in templo Salomonis.
 Adducit autē in confirmationē Suidas, narratio-
 nē quandā, quā ad literā referunt, & sequuti sunt
 duo (quos viderim) mæ facultatis doctores, vi-
 delicet Petrus Lenauderius in tract. de priuilegijs
 doctorū, part. 4. quæst. 86. nu. 17. & seq. & Bar-
 tholomeus Chasseneus in catalogo gloriæ mun-
 di, part. 4. consider. 6. in vers. tempore Iustinia-
 ni. Dicta verò narratio, citra approbationem, ad
 literam sequitur in hunc modum.,

Tempore Iustiniani Imperatoris christianissimi, factus est ho-
 mo quidam inter Iudæos princeps, ei nomen Theodosius erat

Is cùm & Imperatori & plerisque notus esset, tum vel maxime
 Philippo cui dā amic⁹ atq; familiaris, cū igitur & s̄ape adhortat⁹
 fuisse à Philippo Theodosius, vt Christianā fidē missa iudaica
 perfidia se q̄retur: tum verò imp̄fisius die quadam, ad eum sic est
 loquit⁹. Quamobrē inquit Theodosi, cùm vir sis sapiēsⁱ, & ap-
 primē peritus legis & prophetarū, sciasq; omnia legisprophetia-
 rumq; in Iesu Dño consummata fuisse, Christianā verā religio
 nē nō sequeris? quæ te ad salutem recta via perducere potest?
 mihi enim persuadeo, quod ignorantia scripturarum te non te-
 neat. Propterea igitur credere in Saluatorem Dominum nostrū
 Iesum Christum, ne in perfidia permanens, reus efficiaris æter-
 næ pœnæ. Ad quem Iudæus, gratias, ait, ago habeoq; tibi Phi-
 lippe, quod salutem meam quiritans, conaris magnopere me
 christianum efficere. Quapropter tanquam si corā Deo essem,
 qui nouit secreta cordium, sincere ac sine dolo, cum omni veri-
 tate verba hæc tibi faciā. Quod itaque Iesus à lege, prophetisq;
 prophetizatus, etiam à vobis Christianis adoratus aduenerit, cer-
 tus admodum sum, tibiq; tanquam vero amico profiteor: sed hu-
 mana quadam opinione detentus, christianus non sio, & ob hoc
 memet contineo. Nunc enim cùm sim Iudæus, princeps sum
 Iudæorum, in maximis honoribus, in plurimis facultatibus, in
 omnibus denique quæ ad vitam bene degendam pertinent, co-
 stitutus: factus autem Christianus, omnibus ijs priuarer, quæ in
 vita humana iudicantur bona. Nam et si Patriarcha vniuersalis
 Ecclesiæ essem, non me putarem tot, tantisq;, fruiturum bonis.
 Ne igitur præsentibus bonis priuer, futuram contemno vitam:
 & male quidem agens. Ut vero verbis meis fidem faciam, con-
 sisus in nostra perpetuabenevolentia, aperiam tibi arcum ma-
 ximum inter nos hebræos absconditum, ex quo certe scimus, Chri-
 stum à vobis adoratum, illum esse, quem lex, atque prophetæ
 preconizauerunt: non solum ex ijs quæ de illo scripta sunt,
 sed etiam ex scripto inter nos misterio, abscondito, mysterium
 itaque hoc est.

Antiquis temporibus cùm templum in Ierusalem construe-
 batur, mos erat Iudæis viginti duos sacerdotes in templo consti-
 tuere,

tuere, scilicet tot numero, quot literas habemus: vnde & diui-
nos codices viginti duo numeramus. Erat igitur in templo co-
dex, in quo vniuersusque sacerdotis nomen, cognomenq; scri-
bebatur: item patris, atque matris. Mortuo vero aliquo sacer-
dote, reliqui in templo conueniebant, eligebantq; alium, inde
mortui locum, numerum sacerdotalem adimplentes, electumq;
in codice conscribebant, verbi gratia: Calendis Septembribus de-
cessit Isaac, Beniamin, Abrahæ, Saræq; filius: subrogatus est in
eius locum, Samuel, Ezechiel, Salomonis, Vriæq; filius. Hac
itaque consuetudine inter Hebraeos durante, evenit eo tempore
quo Iesus in Iudea erat, vnum ex viginti duobus sacerdotibus
diem suum obiisse, antequam Iesus cepisset se notum facere, do-
cereq; ut in se se crederent. Conuenientibus itaque sacerdotib;
ad electionem, & uno quoque ex sententia digniorem propo-
nente, reliquisq; non approbantibus, quod neminem ad inte-
gram, perfectamq; sacerdotalem virtutem inueniebant: quippe
aut prudens erat, bonisq; moribus, vitaq; modesta probatus, sed
ignorantia legis, ac prophetarum, indignum sacerdotio iudi-
cantes: aut è diuerso vir eruditus, sed haud probatae vitæ. Hoc
itaque modo, multis improbatis, vnu ex Sacerdotibus ad elec-
tionem assurgens, sic est loquutus. Multos (inquit) patres no-
minasti, sed dignum neminem iudicasti, ego vero Iesum. filiu
Ioseph propono, eligoq;: ætate quidem iuuenem, cæterum &
vita honestissima, & bonis ac integerrimis moribus, & doctri-
na perfecta, egregiè ornatum, Mea enim sententia nemo vñ-
quam par huic viuis est, aut in scripturarum eruditione, aut in
vitæ morumq; integritate, quod omnibus Ierusalem habitanti-
bus clarum ac manifestum est. Hac oratione audita, reliqui sa-
cerdotes sententiam probauerunt, Iesumq; in Sacerdotem rece-
perunt dignissimum omnium sacerdotio iudicantes. Dicebant
vero quidam, eum non esse ex tribu Leui, sed ex tribu Iu-
da, credentes filium esse Ioseph: qui ex Tribu Iuda erat. Non
enim licet cuiquam sacerdotalem dignitatem assequi, nisi
esset ex Tribu Leui. Sacerdos vero qui cum proposuerat, res-
pondens, mixtum affirmauit genus eius esse, multis enim antea-

saculis mixtione quādam factam fuisse duarū tribū, & exiā
de genus Iosephi descendere. Hoc dicto, approbantes reliqui sa-
cerdotes Iesum , in defunctisacerdotis locum: sacerdotem con-
stituere. Consuetudine itaque existente, non solū nomen crea-
ti sacerdotis, in codice scribere, verum etiam patris atq; matris,
oportuit eos parentes vocare, & ab ipsis, sua nomina scire. Sa-
cerdos qui Iesum proposuit, patrem eius Ioseph, decepsisse dixit,
solūq; matrem viuere. Matre in concilio accersita, rogataque
nomen proferre, testariq; an Iesus eius filius esset, & quo patre
genitus, Maria respondit, Iesum filium esse meum fateor, ego
enim peperi eum, cuius rei, testes fide dignos adducere possum,
eos qui in partu meo affuerunt, quod autem in terris patrē nō
habet, vel in hoc dignoscere potestis: virginē enim me existen-
tem in Galilea, angelus Domini non dormientem, sed vigilan-
tem inueniens, euangelizauit mihi, ex Spiritu sancto me cōcipe
re filiū, cuius nomen iussit vocare Iesum, virgo itaq; concepi, vir-
go peperi, & virgo permansi. His auditis, accersitisq; obstetri-
cibus fidelissimis, iusserunt sacerdotes, vt quam diligenter per-
scrutarentur, an Maria virgo esset: qbstetrices re vera inuenta,
affirmarunt virginem esse. Hi etiam adducti, qui in partu affue-
runt, testificati sunt Iesum Mariæ filium esse. Stupentibus itaq;
sacerdotibus, de ijs quæ de partu Mariæ testificabant, iterum ro-
gata est, ab eisdem, qui dixerunt: fare, age, cōfidenter ore tuo
Maria, cuius, ac cuius est filius, ut sic eum scribamus, quos enim
nobis dixeris parentes, illos, & non alios conscribemus . Maria
autem respondens, verè ait, ego eum peperi in scia in terra, de
patre eius, sed ab Angelo audiui esse filium Dei: filius est ergo
mei innuptæ Mariæ virginis, & filius Dei. His dictis, codicem
adduxerunt, & conscriperunt. Die tali, talis sacerdos decessit,
filius talis, ac talis: in eius locum om̄ibus suffragijs subroga-
tus est, sacerdos: Iesus filius Dei viui, & Mariæ virginis. Hic co-
dex in destructione Ierusalem, diligentia principum Iudeo-
rum saluatus est, & nunc est in Tyberiade paucis admodum Iu-
dæis: & illis quidem fidelibus hanc rem scientibus, mihi vero
tanquam principi, magistro gentis reuelata est. Non enim so-
lum

Iū ex lege, atq; prophetis cognoscimus, certiq; sumus Christū à vobis christianis adoratum, filium esse Dei viui, qui propter salutem mundi in terram descendit: verum etiam ex scriptione, quæ usque ad hodiernum diem permanet in Tyberiade.

His à Iudeo relatis, mox christianus diuino zelo commotus, ad sacratissimum Imperatorē proficisci voluit, eique omnem rem pandere: vt supradictum codicem Imperator ex Tyberiade, missis illuc legatis acciperet: ad arguendam Iudæorum perfidiam. Et Iudeus, rem inquit proflus impossibilem agredi conatus, omnia enim Iudæi magis patientur: quam huiusmodi codicem tradant. Quod si vis maior eos superauerit, codicem corruptēt, noli igitur causam esse magnorum malorum, ego enim tibi huiusmodi rem tanquam vero amico communicaui, vt cognoscere posses, me fidem christianam, non ignorantia relinqueret, sed vana quadam gloria. Philippus itaq; vera esse credens quæ à Iudeo audiuerat, Imperatori quidem nuntiauit nihil: ne Imperator christianissimus frustra graue susciperet bellum. Prorsus vero amicorum, rem omnem ordine narrauit, quibus referentibus, nos quoque omnia supradicta accepimus. Curaui mus ergo per quam diligenter inuestigare, an veram narrationem Iudeus retulerit, de huiusmodi scriptione sacerdotis, & inuenimus Iosephum in historia de captiuitate Iudæorum, cuius saepe meminit Eusebius Cesariensis in ecclesiastica historia de captiuitate dicentem in commentarijs suis, quod Iesus in templo cum reliquis sacerdotibus sanctificabat. Hoc itaque apud Iosephum inuenientes virum antiquum, & parum post Apostolos florentem, quæsiuimus etiam inuenire hunc sermonem in sacra scriptura confirmatum: inuenimus igitur in sanctissimo euangelio Lucæ, quod cùm esset ingressus Iesus in sinagogam Iudæorum, datus est ei liber, & legit Esaiam prophetam dicentem, Spiritus Domini super me, cuius gratia vnxit me, & euangelizare pauperibus misit me. Quare animaduertimus quod nisi ordinē aliquem sacrū habuissest Iesus inter Iudeos, ei datus non fuisset liber, vt in sinagoga legeret, ad audientiā populi. Nā neq; nobis Christianis licet in ecclesia sine aliquo sacro ordine legere. Quamobrem credere licet veram esse Iudei narrationem.

Hæc sunt quæ ad literam referūt, & absque ullo scrupulo sequuntur duo illi Iurisconsulti superiores allegati, Petr. Lenauderius, & Barth. Chasseneus.

24 * Parcant autem doctissimi, alias Iurisconsulti, Lenauderius & Chasseneus; reprehēdendi enim necessario sunt, quia magis amica veritas. Non solum namque deficiunt, in eo, quod dictam narrationem sequātur intrepidē; Sed etiā in eo, quod eam non Suidæ, sed Lactantio Firmiano tribuāt, ut apud eos est videre. Quomodo enim Lactantius, qui temporibus Constantini magni viuebat, potuit notitiam eorum habuisse, quæ sub Iustiniano Imperatore dicunt (licet fabulosè) contigisse? Nam ex historijs patet, quod à tempore Constantini, quo viuebat Lactantius, usque ad tempus Iustiniani, quo sumpsit initium dicta fabula, magis quam. 200. anni fluxerunt; & ultra. 100. annos, nemo præsumitur viuere. Ecclesiast. c. 18. ibi, Numerus dierum hominum ut multum centum anni, & i. final. §. & nobis. C. de sacrosan. Eccle. Videndus Anto. Gabriel. lib. 1. conclus. tit. de præsumption. concl. 16. & Viuius lib. 2. Com. opin. 318. nu. 1. & 2. dicendum est igitur Lactantium Firmianum non somniasse prædictam fabulam, licet Lenauderius & Chasseneus illi tribuāt, quos nec decipere debuit quidam codex Lactantij, Venetijs impressus, anno. 1521. ultimo Aprilis, diligentia Ioannis de Tridino, ubi inseritur dicta narratio, in fol. 159. quia titulus indicat sumptam esse ex Suida eam narrationem.

Dete-

• Detecto igitur illo Chassenei, & Lenaudeij errore, ad conuincendam supradictam narrationē, adiuuāte Deo, & submiss⁹ sēper ecclesiæ, accedere placet. Cūm enim ille sacerdos, qui (ex Suida) Iesum proposuit in Sacerdotem, dixerat Iesum filium esse Ioseph, verisimiliter de illo in codice facienda erat mentio, vt illius dictum accipi posset. Præsupponere enim (secundum narrationem) quod ante prædicationem Christi iā erat mortuus Ioseph, sine scrupulo non transit, nam S. Ioan. Chrysost. & S. Ambros. in. c. si enim. & in. c. quod autem. S. item si coniuges. 27. quæst. 2. sentiunt etiam tempore Passionis Christi vixisse Ioseph, & contra quendam Petrū mā ducatorem obseruat gloss. verb. vxoris. in. d. c. si enim. Supponit etiam Suidæ narratio, quod iussu illorum sacerdotum, inspecta fuit sacratissima virgo Maria, à quibusdam obstetricibus, que eam virginem testatae sunt. Ego autem, vt catholus & verus christianus firmiter credo, & teneo quod mater Domini nostri Iesu Christi sacratissima Maria ante partum, in partu, & post partū fuerit, permaneatque in eternum intacta virgo, cūm de Spiritu Sancto conceperit, vt habet Catholica fides: paruæ tamen autoritatis apud me est dicta narratio, vt persuadere possit, quod integritas illa, & plenitudo pudoris sineret mulierculas quasdam, obstetrics videlicet, portas pudoris inspicere, tanquam si nihil differret ab alijs mulieribus mundi, de quibus in. l. i. ff. de ventre T 4 inspi-

inspiciendo. Mirarer præterea, si aliqua esset Suidæ narratio, & tamen fundamentum illud. S. Ildefonius in lib. de perpetua virginitate Mariæ omisisset. Est enim verissimile, quod B. Virgo prædicto deuoto suo, & causam tractanti, reuelasset, si vera esset Suidæ narratio.

Præterea, Philippus ille qui Iudæum adducere ad fidem Christi curabat, quomodo intellecto illo arcano, ex eodem fidei zelo, ecclesiæ catholicae, non patefecit?

Denique, quomodo res illa (ut dicitur) gesta, abscondita, & secreta diu potuit esse, in cuius discussione (secundū eandem narrationem) nedum multi homines sacerdotes, & laici; sed etiam mulieres obstetrices interuenerunt?

* Ex his ergo verisimilitudinibus, licet alia nō essent, satis videretur conclusum contra dictam Suidæ narrationem. Id enim quod non est verissimile, inimicum est naturæ, & falsitatis imago. c. quia verissimile nō est, de præsum. Craue, in cōsi. 9. nu. 35. vol. 1. & cons. 258. ex nu. 18. vol. 2. & latè Tiraq. in. d. l. si vnquā, in præfa. nu. 37. & seq.

* Quanto magis, quod in terminis dictæ Suidæ, Lenauderij, & Chassenei narrationi obstat Paulus, ad hebræos. c. 7. dicens, manifestum est enim q̄ ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua Tribu nihil de sacerdotio Moyses loquitur est. & ita cōmunis habet theologorū schola, part. 3. q. 22. art. 1. vbi Bart. Medina, dubio 1. dictā narrationē, erroneā dicit, & Sixtus Senen, in bibliote

ca sancta. lib. 1. litera. I. verb. Iesuchristi sacerdo-
tiū, refert cōfutationē dictæ narrationis, allegatq; Hieron. Enthemmiū, qui cōfutationē aduersus eā
scripsit, & in catalogo romano, & hispano libro
rū prohibitorū. Vitti Amerbachij historia de sa-
cerdotio Christi dānatur. vt ita fugias à dicta Sui
dæ narratione, à Lenauderio, & Chasseneo, eam
sequentibus, qui quomodo expurgādi sint, supe-
riorum erit iudicium.

* Nec obstat, d. c. 4. Luc. quia illis verbis, lec-
toris officiū, non autē sacerdotis impleuit Dñs, ex
Duran. in rationa. lib. 2. c. 5. n. 5. & Fabio Incarna-
to, in scrutinio sacerd. tract. 2, tit. de ordine. Nā
in sinagoga alij etiā docti viri docebāt, licet sacer-
dotes nō essent. Medin. vbi sup. Reiecta ergo Sui
dæ, Lenauderij, & Chassenei fabula satis extollit-
ur sacerdotalis dignitas & excellētia. ex eo, quod
Iesus Christus Dominus noster sacerdos sit secū-
dum ordinem Melchisedech, qui panem, & vi-
num obtulit, quod euangelici sacerdotes quoti-
die in sacratissimo altaris mysterio faciunt, vt in-
frā latius constabit.

* Illud etiam ad excellentiam euangelici ordi-
nis sciendū est, quod ipse Dominus noster Iesus
Christ⁹ exercuit ordines. Ostiarij namq; officiū
exercuit, quādo dixit, attollite portas principes
vestras, & eleuamini portæ æternales: Item quā-
do ementes & vendentes eiecit de templo. Le-
ctoris officium impleuit, quando in medio senio-
rū librum Esaiae aperiēs, legit distincte, ad intelli-
gēt.

gendum dicens, Spiritus Domini super me, &c.
Exorcistæ officium exercuit, quando de Maria
Magdalena, septem eiecit dæmonia. Acolyti of-
ficiū habere testatus est, dicens, Ego sum lux mū
di, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed
habebit lumen vitæ. Subdiaconi officium exer-
cuit, quando de aqua vinum fecit, & quādo cœ
na facta mittens aquam in peluim, pedes lauit di-
scipulorum. Diaconi officium exercuit, quando
post cœnam sacramentum corporis & sanguinis
sui, proprijs manibus discipulis dispensauit: item
quando euangelium prædicauit. Sacerdotis offi-
cium exercuit, quando post cœnam, panem &
vinum, in corpus & sanguinem, sub diuina virtu-
te conuertit, dicens Apostolis, Accipite & come-
dite: Hoc est corpus meum: & quando pro pec-
catis humani generis, seipsum in ara crucis obtu-
lit patri, & modo etiam gloriosus implet, dum ad
dexteram patris sedens, interpellat pro nobis. Et
Episcopi officium exercuit Iesus Christus, quan-
do manus super capita discipulorum leuans, eis
benedixit, dicens, Accipite Spiritum Sanctum,
quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.
Durandus in rationali, lib. 2. c. 4. nu. 5. c. 5. nu. 5.
c. 6. nu. 6. c. 7. nu. 5. c. 8. nu. 5. c. 9. nu. 19. c. 10.
nu. 14. in fin. & c. 11. nu. 16. in fin. Præpositus, in
c. perfectis, 25. dist. nu. 24. Trotius de perfecto
cleric. lib. 1. c. 19. nu. 3. 7. 9. 10. c. 20. nu. 4. c. 22.
nu. 6. c. 23. nu. 4. c. 23. nu. 4. Et Fabius Incarna-
tus, ubi supra, quæ sunt bene notanda, ex ijs enim
sum

summē honoratus est in ecclesia catholica ecclesiasticus ordo : & in consequentiam summē sunt honorandi ministri ecclesiæ clerici, & sacerdotes.

§. 5. Tradit quomodo Sacerdos dicatur Rex.

* Sit alia diuersa ad honorem clericorum , & sacerdotum consideratio . Quod quemadmodū apud antiquos, idē erat rex & sacerdos, ut dixi in part. I. nu. 4. ita etiam catholica ecclesia , ministros suos, & sacerdotes quasi in reges erigit , q̄ per coronam in capite designat, vt sentit. S. Hierony. dicens, hi namque sunt reges , id est se , & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnū habent, & hoc designat corona in capite. c. duo sunt genera. 12. quæst. 1. benefacit, 1. Petri. c. 2. ibi, Genus electum regale sacerdotiū. c. 1. §. quia. de sacra vñctione. c. solite de maiorit. & obed. ibi, vt quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices, & reges differentia cognoscatur. Trotius vbi sup. lib. 1. c. 18. nu. 2. & lib. 2. c. 39. nu. 3. & S. Clemens Papa. lib. 2. apostolica. cōst. c. 34. & lib. 6. c. 2. Vnde patet, similitudine quādā, sacerdotes ut reges honorādos esse: nō enim caret consideratione adiecta illa dictio, Quāsi, quæ similitudinem regulariter, non essentiam probat. 1. 2. ff. de inoffi. testam. & in terminis contra Lutherum tradit Castro aduersus hæreses, in verb. sacerdotium, hæresi, 1. vers. o forte.

§. 6. Sacerdotes ex lege vñbanitatis, quia senes, honorandos esse, demonstrat.

* Præterea sacerdotum dignitas, excellētia,

p. honorib, vel ex urbanitatis, & modestie legē (de
 qua Bart. l, creditores, nu. 4. C. de pignoribus.
 Menoch. de arbit. lib. 2, casu. 380.) facile deprehē
 di poterit, vel considerata nominis etymologia,
 qua presbyteri, seniores dicūtur. c. clerοs. §. pres-
 byter . 21. dist. Vnde postquam Seniores sunt,
 bene sequitur, coram cano capite cōsurge, & ho-
 nora personam senis. Leuiti. c. 19. Senectus enim
 semper venerabilis fuit. l. semper. ff. de iure im-
 munitatis, Tiraquel, de pœnis temper. causa. 8.
 & de iure primoge. in proce. nu. 79. & seq. quod
 si superiora loca, de senectute corporis, intelligē-
 da dicas, maiori quidem ratione, etiam in iuuene
 sacerdote procedunt, in quo illud Sapien. c. 4. ve-
 rificatur, cani sunt sensus hominis, & ætas sene-
 ctutis vita immaculata. Conc. Trid. sess. 23. de re-
 for. c. 12. cūm enim nongentos, & amplius annos,
 ab Adam, usq; ad Abraham, vixisse homines le-
 gerimus, nullus aliis prius appellatus est presby-
 ter, id est Senior, nisi Abrahā, qui multò paucio-
 ribus vixisse annis, conuincitur. c. fin. 84. dist.

§. 7. Quod Sacerdotes mediatores sint inter Deum & homi-
 nes, & plura conferant beneficia, & aliquid de
 litanij, quoad propositum tangit.

* Deinde, cūm ratio naturalis quasi quædā lex
 sit, l. vnica. ff. de portioni, que liberis damnato-
 conce, & idē eam solam sufficit allegare, l. scire
 oportet, §. sufficit, ibi, ex ipsa naturali iustitia, ff.
 de excusat. tutor. Marsilis, in rub. C. de probatio-
 n. 175. & Aristoteles, (vt sup. part. 1. n. 4. memini)
 dice⁹

dicebat, q̄ infirmitas intellectus est, allegare iura
vbi res ad sensum patet; manifestum est, quod im-
pendēdus sacerdotibus honor à populo; ab ipsa
naturali justitia, & æquitate descendat.

* Quis enim sanæ mētis negabit, quod ratio na-
turalis incitet, moueatque, ut honorem, amorem,
& reuerentiam illis debeamus, à quibus beneficia
magna accipimus; iuxta obligationem antidora-
lem. 1. sed etsi lege. §. consuluit. vbi gloss. verb.
obligauerunt, ff. de peti. hæredi. l. si pignore, ibi,
beneficij debitorem sibi acquirere. ff. de furtis. c.
cum inofficijs de testam. vbi Coua. nu. 10. Tiraq.
in. d. l. si vnquā. verb. donationelargitus, nu. 66.
& 67. S. enim Aug. dicebat, q̄ non reddere bona
pro bonis, & reddere mala pro bonis: hæc duo
malorū sunt, licet posteri⁹ deterius sit. c. sex diffe-
rentiæ. 23. q. 3. cum alijs quæ contra ingratitudi-
nē considerat Benedictus. in. quæst. de homici-
dio. nu. 32. & seqq. Cotta. in memorabili. incip.
ingratitudo filij. & S. Anto. vbi sup. p. 1. tit. 3. c. 9.

Vnde necessario sequitur in naturali, et diuina
ratione: ut victoriam, & honorem acquirat Sa-
cerdos, qui dat munera, animasque auferat acci-
pientium. Nam qui accipit mutuum, seruus est fœ-
nerantis. Proverb. c. 21. Hæc autem beneficia po-
pulū a sacerdotib⁹ accipere notoriè constat.

* Nam cùm prona sit ad malum natura, Gen. c.
8. in fin. c. omnis ætas. 12. q. 1. et Conc. Trident.
ses. 23. de reform. c. 18. facileque ad delicta la-
bamur. §. si vero is qui in auth. de monach. d.c.

alma mater, vers. concedimus, vbi glos. verb. ad peccandum; paleis enim peccatores comparat, gloss. verb. mistas, in. c. est vnitas, de conse. dist.

20 3. quia quolibet cadunt temptationis vento: cumq; ex peccatis indignatio Dei , peccatorumq; vltio oriatur: præuaricationem enim primi parentis, statim pœna secuta est, Genesis, c. 3. & per peccatum intrauit mors in mundum, ad Rom. c. 5. & Concil. Triden. sess. 5. in vers. si quis Adæ præuaricationem; quia stimul⁹ mortis peccatum est, 1. ad Corin. c. 15. in fin. glos. verb. propter peccatum, in. c. dilectissimis. §. Ananias. 12. quæst. 1. & glos. verb. diuinit⁹. in. c. sciscitaris. 7. quæst. 1. & ided. S. Hierony. dicebat, Si quando fames & penuria, & rerum omnium egestas opprimūt mundum: sciamus hoc ex Dei ira descendere, c. reuertimini. 16. quæst. 1. vbi glos. verb. ex Dei ira, tex. in auth. vt non luxurientur homines, collat. 6. c. cùm infirmitas corporis, de pœnit. & remis. & priuilegium. 34. Regis nostri Ferdinandi, 1. Hieronym. Præuidellus in tract. de peste, in fin. vers. ad complemetum. nu. 4. & 5. & Tiraquel. de nobilit. c. 31. nu. 306. & seqq. & nu. 557.

35 * Oportebat ex ijs necessario in bene stabili- ta Christiana ecclesiastica hierarchia, vt castrorū acie ordinata, iuxt. Concil. Trid. sess. 23. in prin. c. 4. esse etiam vltra superna patrocinia , aliquod genus hominū dilectū à Domino , q; nedū pri- mā tabulā, sed etiā casu exigente , secundā post naufragium ministraret. Hoc autem peculiare in

Ec.

Ecclesia Dei esse sacerdotum officium, notoriè constat, Conc. Trid. sess. 14. dum sacramenta ministrant, & suis præcibus, & intercessione peccata populi comedunt. In septem enim horis canonicis (de quibus supr. part. 1, nu. 148.) stantes Domini sacerdotes in officijs suis, & orationem facientes, 2. Paralipo. c. 7. &c. 2. Machab. c. 1. ad illud præcipuum intendunt, ut verbum Pauli ad impleant. 1. ad Titum. c. 2. dum dicit, obsecro primum omnium fieri, obsecrationes, orationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus. glos. verb. orationes, in vers. sed dubitatur an oratio; in clem. vnic. §. ideoq. de reliquo. & vener. sanct. & Trid. Concil. in sess. 2. in princ. vers. Episcopos verò.

* Probant etiam hanc sacerdotum pro populo 36 intercessionem, plura diuini & humani iuris testimonia. Ioel. c. 2. ibi, inter vestibulum & altare, " plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, " parce Domine, parce populo tuo. Leuitici. c. 19. " ibi, deprecare pro te & pro populo. ad Hebr. c. " 5. ibi, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. " Conc. Trid. sess. 21. in princ. c. 6. ibi, pro omnibus fidelibus. auth. quomodo oporteat Episcopos. in princ. ibi, & pro illis ipsi, semper Deo supplicent. auth. de ordina. episco. & cleric. ibi, ad orandum pro populo destinati. &. c. quāuis plenitudo. de pœnit. dist. 1. ibi, Sacerdoti qui pro delectis pœnitentiū præcator accedit. Neque omitenda est, Iacob. epist. c. 5. ibi, Infirmatur quis

in vobis: inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent
super eum.

* Ex quibus locis patet corporib⁹ & animab⁹
omnibusque in omni statu, prodesse sacerdotes.
Non solūm valentibus, qui ad ecclesias accedūt,
sed etiam in lecto impeditis infirmis,^{26.} quæst. 7.
c. 1. & Conc. Nanneten. c. 4. ipsis præterea infir-
mis nedum extremæ unctionis sacramentum, sed
etiam sacratissimā Eucharistiā. (illis ex Vorma-
cien, Conc. parata, vt habetur, in. c. presbyter
eucharistiam, de consec. dist. 2.) ex laudabili cō-
suetudine, honorificē sacerdotes deferūt. c. sanē
de celebra. missa, & Conc. Trid. sess. 13. in princ.
c. 6. Imò non solum viuis, sed etiam mortuis, ma-
gna beneficia sacerdotes conferūt, vt in humatio-
ne corporū, & circa anniversaria, & sufragia mor-
tuorum luce clariūs patet. c. animæ defunctorū.
13. quæst. 2. c. quidam laicorum, vbi Abbas. nu.
2. de celebrat. missar. c. visum, de consec. dist. 1.
& Conc. Trid. sess. 22. c. 2.

* Nedum autem constat de Sacerdotum pro
populo intercessione, sed etiam, quod eorum in-
tercessio, Deo grata sit. Ad commutādam enim
in misericordiam, quam prius Dominus in ultio-
nem protulerat sententiam, iux. Tolet. Conc. 8;
in can. 2. c. incōmutabilis Deus. 22. quæst. 4. vbi
explicat gloss. verb. sententiam. Hieronym. Ca-
gnol. in. l. nemo potest mutare. nu. 6. de regul.
iur. & Castro aduersus hæreses. verb. penitentia,
hæresi. 3. vers. tanta enim: potentissima est Sacer-
do-

dotū ministratio, & intercessio. Iacobus namque
 Apost. in d. c. 5. ita subiungit, & oratio fidei fal-
 uabit infirmum, & alleuiabit eū Dominus, etsi in
 peccatis sit, remittentur ei. c. vnic. §. de prima. de
 sacra vunctione. c. presbyteros. vers. vnde Iacob.
 95. dist. & Cōc. Trid. sēs. 14. in decreto de sacra
 mento extremæ vunctionis, maximē. in. c. 2. Ioel
 etiam in d. c. 2. postquam dixit, quod inter vesti-
 bulum & altare plorabant sacerdotes, dicendo,
 parce Domine, parce populo tuo: post pauca di-
 cit, Zelatus est Dñs terrā suam, & pepercit po-
 pulo suo, & respondit Dñs & dixit populo suo,
 Ecce ego mittā vobis frumentū, & vinū, & oleū,
 & replebitimini eis, & non dabo vos ultra oppro-
 briū in gētibus. Probat etiā rex. Leuit. c. 4. ibi, Et
 rogāte pro eis sacerdote, propitius erit eis Domi-
 nus, & iterū ibi, Rogabitque pro eo Sacerdos, &
 pro peccato eius, & dimittetur ei. Vnde Ecclesia
 catholica per c. 44. Ecclesiasti, exclamat dicens,
 Ecce Sacerdos, &c. paucis interiectis adiungēs,
 & in tēpore iracundie factus est recōciliatio. Ideo
 Alexander Papa dicebat, quod ipsi Sacerdotes
 pro populo interpellant, & peccata populi come-
 dunt, quia suis precibus, & oblationibus ea delēt
 atq; consumunt. c. ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1. &
 c. nulli dubiū. 3. quæst. 1. Mōtaignus in tract. de
 bigamia. quæst. 1. nu. 7. & Marsilius in tract. de
 reddit. eccles. c. 3. nu. 11.

* Vnde magnus ille iuris ciuilis reformator, &
 imperator catholicus Iustinianus. (sic acclama-
39

à Parisiense Concil. c. de illicita. 24. quæst. 3. &
 quem sanctum appellant Bartol. in rubr. de no-
 vo codice faciendo, nu. 7. Faber Aquitanicus in
 rubr. procemij instit. & eos allegans Baptista de
 Gazia Lupis in cōpilatione iuris ciuilis, & gloss.
 verb. lex humana, in. c. 1. dist. 10.) inter alias lau-
 dabiles constitutiones ad ostendendam salutifera-
 rā pro populo sacerdotū intercessionem, illam
 statuit, vt litaniæ secularium non fierent, absq; sa-
 cerdotibus. §. omnibus autem laicis in authen-
 sanctis, episco. ibi, qualis enim est litania, in qua
 sacerdotes non inueniuntur, & solemnies oratio-
 nes faciuntur authent, sed nouo. C. de episcop. &
 cleric. videndus titulus de litanijs laicorum, in
 nouellā, vbi in antecedenti titul. pœna capitalis,
 conturbanti litaniā, imponitur.

* Vnum autem antequam ad alia transeam, ex
 hac litaniarū materia visum fuit aduertere, quod
 honorem sacerdotum, simulque eorum interces-
 sionem pro populo significat. Aduertendum igi-
 tur est, q; quādo ad has litanias cōgregantur sta-
 tus ecclesiasticus, & status tēporalis: præcedit ec-
 clesiasticus, & tēporalis sequitur. In ipso autem
 ecclesiastico statu, minores in illo præcedunt, ma-
 iores autem sequuntur; in temporali verò in ea-
 dem congregacione maiores præcedunt, &
 minores sequuntur. Non enim credendum est,
 in sola consuetudine hoc esse firmatum, sed in
 pulchra, & notabili consideratione. Nam tunc
 Episcopus in medio est positus clericorū, & lai-
 corum,

corum, ut cunctorum ad se trahat aspectum, ex egi-
plo Christi sedentis in medio doctorum. Lucæ.
c. 2. & stantis in medio discipulorum. Ioan. c. 20.
vnde omnium honor in eo est, ut in vitroque sta-
tu sint episcopo propinquiores. Dicit autem Epis-
copus tanquam pectoris clericos ante, ut eorum
exemplo laici incedant. Chasseneus in catalogo
gloriarum mun. part. 4. conside. 75. Præterea ideo
episcopus incedit in medio clericorum, & laicos
rum, ut mediationem inter Deum, & homines
significet, ex Durando in rationali diuinorum officiis
lib. 4. c. 6. nu. 17.

* Sed tamen quid amplius circa hoc insisteremus
dum est, si constat, quod gloriose sacerdotum mi-
litia (de qua in. c. si officia. 19. dist. c. 1. de clero
ægrotante. c. degradatio. s. actualis. ibi, Cœle-
stis militiæ militi, id est clerici, de penit. in. 6. ,
& clem. i. de celebra. militi.) in hoc versatur vide-
licet, ut sacerdotes pro fidelibus, contra dæmo-
nes militare cogat, alsiduas præces fundentes ad
Dominum, ut aduertunt Francis. Zoanne, in tract.
de romano imperio. nu. 16. & 18. & Cornel. Be-
nincasius in tract. de paupertate, quæst. 12. in sex
to speciali in iudicijs. nu. 5.

* Vnde si aduocati, qui dirimunt ambigua fa-
cta causarum, suæque defensionis viribus, saepe
publicis in rebus, ac priuatis, lapla erigunt, fati-
gata reparant; non minus prouidet humano ges-
neri, quam si prælijs, atque vulneribus patriam,
parentesque saluarent, I. aduocati. C. de aduo-

catis diuerso, iudicio. Chasseneus. d. catalogo, part. 10, conside, 24. à fortiori magis Sacerdotes proslunt reipublicæ, cùm aduersus principes tenebrarum militent; ut fidelibus non terrena, & ca duca, sed cœlestia, & sempiterna cōparent, c. ante omnia. §. item, 40. dist. Ioan. Montaignus de autorit. magni cōsil. nu. 44.

* 43 Hinc meritò in iure validum est de milite ter restris militiæ, ad militem cœlestis militiæ argu mentum. glos. verb. militare ceperit. vers. sed certe, in. l. 1. §. Si parens. ff. si à parente quis manu missus fuerit, gloss. verb. procuratores, vers. & idem de milite, in. l. milites. C. de locato & con ducto, & gloss. verb. facere potest, vers. itē quid in milite, in. l. miles. ff. de re iudicata. Alexander communem dicens, in. l. centurio. nu. 15. ff. de vulga, substitu. Benedict. in. d. c. Raynunti, verb. testamentum. lo. 1. nu. 49. in fin. & seq. & Euerardus in locis legalibus, in loco. 56. & Deo fauēte si præsens hic & primogenit⁹ labor à lecto rib⁹ benigné suscipitur, dicā postea aliqua in ma teria, quæ ad frequentatum text. in. c. Odoard⁹, de solutionibus, conducent; & particularia, & specialia clericorum priuilegia, ad vsum foresem ostendent.

* 44 Vnde cùm nemo militat proprijs stipendijs regu lariter, ex Bal. in. c. cùm ex officij. nu. 1. nota bi. 3. de præscript. iustum est, quod Sacerdotes, qui in hac cœlesti militia, spiritualia seminant, sal tem temporalia metat. 1. ad Corin. c. 9. Ideo sacer doti,

doti oblationes sunt, tanquam medio inter Deū & populum. c. quia Sacerdotes. 10. quæst. 1. Et illud. Exod. 23. Non apparebis in cōspectu meo vacu: ad hoc applicat Greg. 7. ut omnis Christia n⁹ procuret in missarū solemnīs aliquid adferre Deo, q̄ antea tetigerat S. Clemens Papa. lib. 2. apostolica. cōsti. c. 36. c. omnis christian⁹, de cōf secrā. dist. 1. vbi glos. & glos. verb. oblationes. in c. sanctorū. 10. q. 1. videndi Angel. de Clauasio, in sum. verb. oblatio. nu. 1. Hiero. de Zanetin. in tract. de foro conscientiæ. & cotentioso. nu. 60. & 61. Couar. lib. 1. resol. c. 17. nu. 3. Soto de iustit. & iure. lib. 9. quæst. 3. art. 1. maximē in vers. dubium autem. Et superiores oblationes, decimasq; dandas esse sacerdotibus, propterea quod mediatores sint inter Deum, & homines: aduertūt. Marian. Socin. in tract. de oblationib. in libello. 1. nu. 5. & libello. 6. nu. 6. Marsilius, in tracta. de redd. ecclesiast. c. 23. nu. 112. & Cornelius Beninca sius, vbi supr. nu. 8. cum seqq. & anteced.

* Denique, quod Sacerdotes mediatores sint inter Deū & populū; probant S. Thomas. part. 3. quæst. 21. art. 1. S. Anton. in sum. part. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. Durand. in rationali. lib. 2. c. 11. nu. 14. Clichthoueus vbi supr. c. 7. Chasseneus. d. catalogo. part. 4. conside. 3. & Andreas de Petra, in oratione in Basiliensi concilio habita. in fin. vers. cum plurima.

§. 8. Quod sint legati Dei Sacerdotes considerat.

* Neque videtur alienū ab ista sacerdotū inter

Deuni, & homines mediatione, considerare eorum legationem, in hanc rem à Christo Domino factam, Marc. c. fin. ibi, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, Matth. in. c. final. ibi, Euntes ergo, docete omnes gentes, & Lucæ. c. 10. ibi, Milit illos binos, & ibi, ecce ego mitto vos. Vnde bene sequitur, liberos debere esse sacerdotes ab omni iniuria, imd summoperè esse à populo honorandos, solam maiestatem mittentis considerando. I. final. ff. de legationib. ibi, Si quis legatum hostium pulset, contra ius gentium id commissum esse existat matur, quia sancti habentur legati, c. ius gentium. dist. 1. ibi, Legatorum non violâdorum religio, s. si verô, ibi, Propter suam legationem, in authen- de sanctiss. epis. I. sanctum, ff. de rerum diuis. c. nobilissimus. 27. dist. glos. fin. in. I. conuentio- num. ff. de pactis, cum alijs quæ de honore lega- torum tradunt Specul. tit. de legato. s. 1. Lucas de Penna in rubr. de legationibus. lib. 10. C. ma- ximea nu. 3. usque ad. 25. & nu. 34. & Martinus Garrat, & Iulius Ferretus qui integros de legatis principum scripsierunt tractatus. Ideò in legatio- ne apostolica, ex Alexand. 1. dicit. c. si quis autem 24. dist. qui legationem impedit, non vnius sed multorum profectum auertit, & sicut multis no- cet, ita à multis arguēdus est, & bonorum socie- tate priuādus. Et quia Dei causam impedit, & sta- tu conturbat ecclesiæ, ideo ab eius liminibus ar- ceatur, ab omnibus itaque talis est cauendus, & non

non in communionem fidelium, vsque ad satisfac-
tionem recipiendus.

* In terminis autem quod clerici, & sacerdotes
legati sint à Dño Iesu Christo missi, patet, c. in no-
uo, ibi, A quo missi sunt, & cuius legatione funi-
guntur. 21. dist. c. habet, ibi, Cuius minister est,
2. q. 1. c. qualis. 2. q. 7. c. sacerdotibus, in prin.
ibi, Cuius serui sunt, 11. quæst. 1. &. c. omnis qui
gemebat, ibi, Cuius legatione fungitur. 7. quæst.
1. Hæc enim loca licet principaliori modo in do-
minis episcopis verificantur, qui in locum succes-
serunt apostolorum: extenduntur tamen ad simi-
plices sacerdotes, qui saltem discipulorum typum
gerunt. Quis enim negabit, quod saltem opera-
rii sint, quos misit Dominus in messem suam? Lu-
cæ. c. io. d. c. in nouo. In fine, & expresse quod
legatus, & nuntius Dei sit sacerdos, probat c.
quem poenitet, vers. multum. ibi, Nuntio Dei de-
negavit. de poenit. dist. 1. S. Pontianus Papa, epi-
stola. 1. ibi, In eis quoque Dominus honoratur
cuius legatione funguntur, & S. Clemens Papa
lib. 2. Apostolica. const. c. 33. ibi, honore & cha-
ritate eos prosequi, ut beneficos, & ad Deum le-
gatos, & ita obseruant, Specul. tit. de legato. §. 1.
nu. 2. Redoanus, in tracta. de simonia mentali.
part. 1. c. 8. nu. 4. &. 5. Iacobatius in tract. de cō-
cilio lib. 1. art. 4. nu. 1. & lib. 6. art. 7. nu. 36. An-
charranus conf. 196, nu. 4. in medio. S. Anton-
d. §. 1. vers. cum enim. Ioan. Lecitier in tract. de
primogenitura, lib. 1. quæst. 4. n. 30. Con. Trid.

sess. 14. c. 5. ibi, Sacerdotes sui ipsius vicarios regi
liquit.

* Ex quo patet, quod sicut qui spernebat Christum, patrem spernebat, qui illum misit. Lucæ. c. 10. ita Dominum Iesum spernit, qui Sacerdotes illius contemnit, c. in nouo. 21. distinct. Saulus enim, & non adhuc Paulus, per sequens discipulos Domini, ut sciret ex persecutione illorum, cui iniuriam faceret, dominicā audiuit Iesu Christovocem dicentem, Saule, Saule, quid me persequeris? Actu. apost. c. 9. facit gloss. verb. in decimis. in. c. reuertimini ad me. 16. quæst. 1.

§ 9. Sacerdotes, esse patres, & ideo honorandos, tractat.

* Perseuerando autem ad ostendendam sacerdotum excellentiam, ex qua intelligat populus, quantum honoris, & reverentiæ sacerdotibus debeat; alia etiam, erunt excogitanda. Certum autem & cuique notorium est, summè esse honorados parentes, nam sicut honoranti parentes, bona promittit Dominus: ut patet Exodi, c. 20. Ita contrarium facientem punit, vt constat Leuitici, c. 20. & Ecclesiasti, c. 3. Nam amor, & honor erga parentes, de iure gentium, & de naturali dictamine est, l. 1. §. fin. iuncta. l. veluti. ff. de iust. & iure, vbi notatur. Bened. in. d. c. Raynun. verb. in eodem testamento. lo. 2. nu. 29. hoc autem ad Dominos sacerdotes extendi posse, aperte sentit S. Clemens Papa, lib. 2. apostolic. constit. c. 3. & Gregor. 7. dicens, Quis dubitet Sacerdotes Christi, regum & principum, omniumq; fidelium patres,

tres, & magistros censeri: c. quis dubitet, 96.
dist. vide, c. qualis. 2. q. 7. & c. sacerdotes, in fine,
6. quæst. i. Clichthoueum vbi sup. c. 4. Anchar-
ranum, in conf. 196. nu. 4. Marquar. de Susan-
nis, de cœliba sacerdoti, in princ. c. 4. nu. 1; & Afflic-
tis in præfatione ad decisiones, nu. 2.

* Quid quod, cùm spiritualia, corporalibus
sint præstantiora, c. inter corporalia, de translat.
episcop. maior videtur exhibenda sacerdotib⁹,
tanquam spiritualibus patribus, reuerētia; quam
carnalibus parentibus, facit. c. omnes ibi, nostri ,
sunt spirituales filij, 30. quæst. i . & c. i. in. 30. q. 3.
vbi in. c. pitaciū. hoc tangit glos. verb. multō ma-
gis, & gloss. verb. ampliori, in. d. c. qualis. vidēdus
Tiraq. in. d. I, si vnquā. verb. suscepere liberos.
ex nu. 26, & in tracta. de pœnis temper. causa, 21.
multa tractas, quæ ad honorem parentum spiri-
tualium expectant.

* Adeſt autem in terminis notabile S. Ioan-
nis Chrysost. testimonium, in tract. de sacerdotio
lib. 3. col. 4. dicens. Parentes enim nos in præsen-
tem, sacerdotes in vitâ æternâ generant, vbi paulo
ante dicebat, Nam si non potest quis in regnū cæ
lorū ingredi, niſi per aquā & spiritū regeneratus ,
fuerit, & qui nō māducat carnē Domini, & san- ,
guinē eius non bibit, æterna vita priuat̄; omnia ,
autem hæc, haud aliter, quam per sacrosanctas ,
illas manus perficiuntur, manus in quam sacerdo
tum: qui fiet, vt citra illarum opem, aut gchennæ ,
ignem, euitare quis possit, aut repositæ in cælo ,

coronæ premia assequis; idem etiam in lib. 2. pulchra hæc quæ sequuntur, dicit verba: Per ipsos Christū induimus, per ipsos Dei filio coniungi-
mur, per ipsos mēbra beati ipsi⁹ capit̄is effici-
m̄ur, quomodo ergo nobis isti, non solū reuerendi ma-
gis quam reges aut iudices: sed etiā nobis magis
erunt honorabiles, quam parentes?

* Vnde credo magnā à cōtra faciente populo,
& sacerdotes in honorāte, petendā esse ex hac cō-
sideratione rationem: ut in simili, habetur Mala-
chiæ in. c.1. ibi, Si ergo pater ego sum, vbi est ho-
nor meus? Meritōque contra eos, qui sacerdotū
beneficijs ingrati sunt, poterūt procedere ea, quæ
(adaptabilia tamen) contra ingratos filios consi-
derat Benedict. in d. c. Raynuntius. verb. in eodē
testamento. lo. 2. nu. 35. & seq. quod sentire vi-
detur Ecclesiasticus, in. c. 7. dum eo loci parentū
honorem, & sacerdotum commendat.

§. 10. Quod sacerdotes sint medici spirituales, & ideò hono-
randi, & quod soli habeant potestatem soluendi à pecca-
tis, contra Petrum Gerardum. I. C. ostendit.

* Præcedenti autem similis est cōsideratio se-
quens, licet re vera sit alia. Nam ex Aristotele,
quem allegat gloss. verb. dolum. in. l. quod ner-
ua. ff. depositi, nihil simile idem est. & probant. l.
si idem. C. de codicillis. l. 2. ibi, neq; idē, neq; simi-
le. C. de vetere iure enucle. & Amadeus Iustin. in
tract. de syndica. nu. 131. Dico ergo, q; quemadmo
dū medici corporū honorādi sunt, Ecclesiasti. c.
38, ibi,

38. ibi, Honora medicū propter necessitatē; cum „
 alijs quæ de corporali medicina, & medicis no-
 tantur in. I. illicitas. §. sicuti medico. ff. de officio
 præsidis, in. I. medicus. ff. de varijs cognitioni-
 bus. &. I. parabolani. C. de episco. & cleri. Ripa
 in tract. de peste. c. 7. S. Anton. part. 3. tit. 7. Chaffe,
 d. catalogo. part. 10. consid. 25. & Tiraquel. in
 tract. de nobilit. c. 31. vbi latissimē: ita etiam Sa-
 cerdotes erunt honorandi. Imō maior sine dubio
 ipsis honor debetur, cùm medici sint, non corpo-
 rū, vt illi; sed animarū. Nā sicut anima & conscienc-
 ia cunctis rebus anteponenda est, I. fancimus.
 la. 1. C. de sacrosanct. eccles. Cotta. in memorab.
 incip. anima, & aperit Matt. c. 16. ibi, quid pro „
 dest homini si mundū vniuersum lucretur, animæ „
 verò suæ detrimentū patiatur? c. Mattheus. in fin.
 de simonia; ita medici, qui infirmitates. animæ cu-
 rant, honorabiliores, & præstantiores erunt, cùm
 de nobiliori agant subiecto, vt in simili de theo-
 logia, & theologiis considerat. Chaffen. d. catalo-
 go, part. 10. consider. 10.

* Quod autem Domini sacerdotes, medici spi-
 rituales dicantur, qui cæterorū animas, & cōsciē-
 tias curent; euidenter sit manifestum. Transfigu-
 rat enim se Satan sæpius in angelum lucis, c. non
 magnopere. Ne clericī vel monachi, sæpeque vi-
 tia, se virtutes esse mentiuntur, c. sæpe. 41. dist. c.
 sicut. de hæreti. & clem, ad nostrū. vers. nōnulla.
 ibi. Sub sanctitatis specie. de hæreti. Nam licet
 Bald. in. c. si pro debilitate. nu. 6. de offi. dele. cō-

p scientiam appelle animi affectionem, bona suadetem, & mala dissuadentem; cum alijs, quae de conscientia aduertunt e nostris, Iason, in. s. sed iste. nu. 101, instit. de actionibus, & Benedict. in. d. c., Raynūtius, verb. mortuo. lo. 1. nu. 319, & seq. tamen, & fallere, & falli homini proprium dicitur, in. c. à nobis. lo. 2. de senten. excom. Ancharr. in conf. 210. nu. 2. Hinc est quod saepius periclitatur conscientia, ut frequens theologorum, & canonistarum disputatio ostendit, & tangit uno verbo, Couar. lib. 1. resolut. c. 1. nu. 1. Cordoua, in tracta. de casib. cōscien. in prologo, Cotta in memorab. incipit, apices iuris, & facit. c. per tuas. lo. 2. de simonia ibi, conscientiam nimis habuerit scrupulosam, vbi, Abb. & Felin.

p **55** * Hoc autem supposito, necessariū fuit in bene stabilita christiana republica, determinatum esse hominum genus, potens, & sciens dirimere animæ dubia, & conscientiæ; cùm omne quod nō est ex fide, id est ex conscientia, peccatum sit; ita enim autoritatem Pauli ad Roma. c. 14. accipit S. Ambr. c. quærat hic aliquis, vers. Itē illud Ambrosij. de pænit. dist. 3. & glos. verb. ex fide. in. c. fin. de præscri. & Couar. in. d. c. 1. nu. 1. Officium verò istud soluendi animæ, & conscientiæ dubia, sacerdoti competere; pluribus apertis autoritatibus constat, Intelligendo tamen prout declarat Concil. Trid. ses. 23. de refor. c. 15.

56 **p** * Apud famosum enim expositū illum partū, (Moysem videlicet, exodi. c. 2. Menoch. de arbitri-

tra

trarijs. libr. 2. casu. 396. nu. 8) in. c. 17. Deuteronomio. ita legitur, si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter tanguinem & sanguinem, caulam & causam, lepram & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba varia: surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis. Hæc enim verba, licet ad forale iudicium applicet, c. per venerabilem. §. rationibus, qui filii sint legitimi; ubi Papa summus Sacerdos, occurrentia dubia soluit cum Cardinalibus, qui successores sacerdotum Leuitici generis dicuntur ibi, in. §. sunt autem, ubi Abbas, nu. 19. Speculatit. de legato. §. 3. nu. 2. Martinus Laudensis in tract. 1. de Cardinalib. quæst. 26. & Gambarus de auctor. legati de latere. lib. 7. nu. 63. & 64: ad conscientiae tamen iudicium, & ad reliquos sacerdotes reduci posse videntur; dum fideles edocent, quando & quomodo mortalis committatur culpa. glos. verb. inter lepram, in extrauag. quia. §. clavis. Ioan. 22. de verb. signi. Petrus Soto, in tract. de instit. sacerdo. part. 1. tit. de ratione medendi peccatis, lect. 5. & 6. facit Ezechiel, c. 14. ibi, & populus meum docebunt, quid sit inter sanctum, & profanum, & inter mundum & immundum ostendent eis. Judith. c. 8. ibi, & nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum. & Malach. c. 2. ibi, Labia Sacerdotis custodiens scientiam, & legem requiret ex ore eius.

* Ex hoc autem iniuncto sacerdotibus officio,

medicorum nomen eos acquisisse constat. Vnde
 Turonen. Conc. 2. in initio dicebat, quod vbi insa
 na libertas generat vulnera, sacerdotalis distri-
 ctio dat medelam. Quod etiam Imperator Valé-
 tianus sentiens, dicebat sufraganeis Mediola-
 nensis ecclesiæ, talem in pontificali sede consti-
 tuere procuretis, cui & nos qui gubernamus im-
 perium, sincere nostra capita submittamus, &
 eius monita (cum tanquam homines deliquerit
 mus) suscipiamus necessario, velut medicamen-
 ta curantis, c. nouit. §. nonigitur, de iudicijs.

* Ipsi præterea Sacerdotes, tanquam medici,
 infirmam animam curant, c. omnis. &. c. cùm infi-
 rmitas. de pœnit. & remis, neque vnum solum
 adhibentes collyrium, sed plura ad salutem ani-
 mæ spiritualia medicamina, c. necesse, 29. dist. in-
 firmam animam curant, dum misericordiæ ope-
 ra hominibus cōmendant: quæ spirituales in iure
 medicinæ dicuntur, c. medicamentum, c. medici-
 na, de pœnit. dist. 1. c. si per sortiarias, 33. quæst.
 1. glos. verb. medicorum. in. c. fin. in fin. de pœ-
 nit. dist. 1. & glos. verb. idoneū. in. c. si episcopus. de
 pœnit. & remis. in. 6. vbi Sacerdotes medi ci spiri-
 tuales dicuntur, Ripa, de peste. c. fin. & S. Anto-
 nin. in summa. part. 3. tit. 7. c. 1. §. 2. vers. medi-
 cus spiritualis.

59 • Nam licet supradicta spiritualia medicamē-
 ta, quæ ad sacramentum pœnitentiæ spectant, &
 illæ quæ abundantius, ex sumptione sacratissime
 Eucharistiæ fluunt, iuxta, c. si quotiescunque, in
 fin.

fin. de conse. dist. 2. c. his igitur. 23. dist. vbiglos.
in verb. beneficijs, text. in. c. in actione. de pœ-
nitentia, dist. 1. ibi, Medicamenta corporis & san-
guinis Domini; ab omnibus Christi fidelibus ad-
uerti possint, & debeant: iuxta illud Ecclesiastici
c. 17. ibi, Mandauit illis vnicuique de proximo suo,
ad augmentum materiae correctionis fraternalis.
Matthæi. c. 18. c. si peccauerit. 2. quæst. 1. & glo.
verb. reuocat. in. c. 2. de hæreticis: Administratio
tamen horum sacramentorum, seu medicamen-
torum à solis sacerdotibus est expectanda, cùm
sint sacramentorum ministri, vel argumento sum
pto ab etymologia vocabuli, qua iacerdos dicitur,
quali sacra dans, c. clerros. §. sacerdos. 1. dist.
Iacobatius, de concilio lib. 1. art. 4. nu. 3. & Chas-
seneus, d. catalogo. part. 4. considerat. 3. sequen-
tes versus adducens

Sacris dotatus, vel sacris deditus, atque sacra dans,
Sacra docens, sacra dos, vel dux sacer, esto sacerdos.

60

* Quamuis enim antiquitus scelerati homines
& qui supplicio digni iudicabantur, sacrati dicerentur; vt aduertunt Cælius Rhodiginus lectionum
antiquarum, lib. 7. c. 11. & post Budeum, in. l. 2.
ff. de pœnis, Corrasius in. l. in tantum. in. §. sa-
cræ res. nu. 2. 3. & 4. ff. de rer. diuis. Marquard²
de Susannis, in tract. de Iudæis. part. 3. c. 1. nu.
17. & Couar. in d. c. alma mater. part. 1. c. 8. nu.
6. post medium: in christiana tamen republica
dominos sacerdotes ideo sacris dotatos appellau-
mus, quia ipsi ineffabilium sacramentorum admi-

Y 4 ni

nistrandi potestatē sunt consequuti. Verba nāq
illa, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,
& quorum retinueritis, rettenta sunt; & similia
Matth. c. 16. & Ioan. c. 20. ad solos episcopos, &
sacerdotes pertinere, declarat Trid. Conc. sess.
14. in princ. c. 6. & can. 10. de pænitentia. Nam

28 & lazaram, de monumento iam suscitatum, obtu
lit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostē
dens concessam sacerdotibus soluendi potesta
tem, ut considerat S. August. relatus in. c. quem
poenitet, vers. lazaram, de poenit. dist. 1.

29 * Sacerdotis enim illa verba, Absoluo te. denun
tiant confitentem absolutum, saltem à p̄na æter
na, in temporalē cōmutata, c. quem pænitet. vers.
fit, de poenit. dist. 1. Zabarella, in. c. significauit.
nu. 1. vers. oppono secundo, de pænit. & remiss.
& Petrus Albinianus in tract. de pontificia po
testate, nu. 139. Aduertēdo tamen, absolutionē esse
actum iudiciale, & non solum nudum ministri
riū. Cōc. Trid. sess. 14. can. 9. Quin in sacramentali
cōfessione Sacerdos cōfidenti. vnū annū, & plus
de indulgētia, concedere potest, ut post Hostien.
& Innocen. aduertit, Anto. de Rosellis in tract. de
indulgentijs. nu. 328. & seq. in hoc limitans & de
clarans materiam. c. cūm ex eo. de pænit. & re
miss. vbi prælatis, certus ad concedendas indul
gentias, dierum terminus statuitur.

62 * Ex hac autem potestate ligandi, & soluendi
solis sacerdotibus indulta, & administrandorū
sacramentorum facultate concessa, magna est sa
cerdotij

cerdotum dignitas, ut uno verbo comprehendit
Innocen. 3. Papa, in. c. noua, in fin, de p̄nit. &
remiss. ibi, Licet Beatissima Virgo Maria, di-
gnior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis: ”
non tamen illi, sed istis Dominus claves regni cæ ”
lorū cōmisit, tangit Clichthoueus ubi supr. c. 7. ”

* Vnde, cum complicibus reprehendēdus est ⁶³
hoc loco, Petrus Gerardus Iurisconsultus, dum
in singulari, 100, incip. necessitas, in. nu. 3, tenet,
merē laicum habere potestatem absoluendi à pec-
catis in casu necessitatis. Quamuis enim necessita-
tis causa plura sint cōtra cōmunes regulas intro-
ducta in iure, c. si quis propter necessitatē, de fur-
tis, c. quod non est licitū, de regulis iuris. Chasse.
in consuetud. Burg. tit. des iusticies. §. 5. vers. sil-
na grace, ex nu. 15. Tiraqu. de retractu lignagier.
§. 26. gloss. 1. ex nu. 20. Roland. a Valle, in conf.
80. vol. 3. & Pinellus in. 1, 2, de rescind. vendit. C.
part. 2, c. 2 + nu. 35. & seqq. & maximē quod in
casu necessitatis, & articulo mortis, nulla sit sum-
mo Pontifici reseruata absolutio à peccatis, glos.
nō potuerit in. c. à nobis, lo. 1, de sent, excō. Co-
uar. in. d. c. alma mater. p. 1. §. 11, n. 8. in vers. quod
si. & Cōc. Trid. sess. 14. in. c. 7. non tamen ideo in-
ferēdum est, in casu necessitatis laicum habere fa-
cilitatē absoluendi à peccatis, quam, solis sacer-
dotibus cōmisit Dominus per superiū dicta. In-
trat ergo regula iuris, q̄ qui de uno affirmat, puta
de sacerdote: de alio neget, hoc est de laico. l. cūm
practor. ff. de iudicijs, c. nonne, de prafumpt.

Z

Laico

* Laico enim facta confessio, non est sacramen-
 talis, ut sentit gloss. verb. ipsi. vers. si ergo laicus,
 in. c. omnes. 30. quæst. 1. tenens, quod laicus qui
 audiuit confessionem mulieris, potest cum ea ma-
 trimonium contrahere: quod non posset si sacra-
 mentalis esset illa confessio. c. fin. 30. quæst. 1. no-
 tatur in. c. fin. de cognatione spirituali. & sic lai-
 cus absoluere non potest à peccatis, cùm claves
 nō habeat, glossa, verb. ligare. in. c. si episcopus.
 de pœni. & remi. in. 6. Quinimo nec posset laicus
 absoluere, etiā de cōmissione summi Pontificis, vt
20 ex theologis resoluit Couar. in. d. c. alma mater.
 part. 1. §. 11. nu. 9. docens, quod à clauibus, ordi-
 ne & iurisdictione, absolutio à peccatis pendeat,
 notatur per text. ibi, in extrauag. quia. §. quod au-
 tem. Ioan. 22. de verb. signific. Cōc. Trid. sess. 14.
 c. 7. ibi, Nullius momenti absolutionē eam esse
 debere, quam sacerdos in eum profert, in quem
 ordinariam, aut subdelegatam nō habet iurisdi-
 ctionem. Castro de iusta hæreticor. punit. lib. 2.
 c. 11. & Couarr. in lib. 1. resolutio. c. 10. nu. 11. Vn-
 de si ad peccatorum absolutionem, non solum
 ordinis, sed & iurisdictionis ordinariæ, vel dele-
20 gatæ potestas requiritur, & ita videmus ultra pa-
 rochum ab Episcopis, designatos sacerdotes, ad
 hoc ministerium: iuxta Concil. Trid. sess. 23. de
 refor. c. 15. & Valent. sub Ayala, sess. 1. in. c. 16.
 quomodo quæsto in laico tanta potestas ad sol-
 uenda peccata erit consideranda, per Gerardum,
 & alios?

Tenen-

* Tenendum ergo sine dubio est, quod licet aliquis possit peccata sua laico cōfiteri, & aliquid spiritualis lucri, ex erubescientia, & compunctione talis cōfessionis oriatur, & sic intelligo S. Aug. in. c. quem pœnit. vers. tanta, de pœnit. dist. i. ibi, Tanta itaq; vis confessionis est, vt si deest sa- 65
cerdos, confiteatur proximo. Sicut in simili pu- blicam alicuius confessionem ad vindictam suo- rum scelerum, sui humiliationem, ad aliorū exē- plum, & ecclesiæ offensæ ædificationem permit- tit, sed ad eam non cogit Triden. Cōc. in sess. 14. c. 5. vers. cæterum: ita etiam ad confessionem fa- ciendam laico quis non tenetur, cum nullo casu laicus possit à peccatis confitentē absoluere, quid quid in contrarium teneant gloss. verb. non pos- tuerit, in. c. à nobis. lo. 2. de senten. excōmu. & glos. verb. mortis. in. c. pastoralis. §. 1. de officio ordina. quas in margine reprehendunt & emen- dant docti viri, qui iussu Grego. Papæ. 13. ius ca- nonicum his præteritis annis reformatarunt. Et in hunc sensum, approbandi erunt, Durand. in ra- tionali. lib. 1. c. 9. nu. 5. Præpositus in. c. vnum orarium. §. criminis. 25. dist. nu. 5. &. 6. Marsilis in pract. §. constante. nu. 10. & viuius in lib. 2. Cō mun. in opinio. 67. cōtraria namq; opinio anathe- matizata est per Conc. Trid. in. d. sess. 14. maxi- me in can. 10. de pœnitentia. ibi, aut non solos sa- cerdotes esse ministros absolutionis.

* Omissa igitur modo peccatorum venialium 65
materia, de qua, in. c. vnum orarium. §. criminis.

21. distin. in. c. tres sunt. s. est etiam de pœnit. dist.
 1. & in. c. septies cadit. de pœnit. dist. 3. & quam
p. 20 ex mente S. Thomæ declarat Abbas, in. c. rela-
 tum. nu. 7. ne clericivel monachi . ne aliquem de-
 cipiat Marsilis. in. l. 1. nu. 46. C. de siccarij. Hæc
 enim cùm leuior sit, leuiorib⁹ tollitur medijs, glo-
 verb. benedictionē, in procēm. s. Cōc. Trid. sess.
 14. c. 5. Tamen in peccatorum mortalium mate-
 rīa, & circa absolutionem eorum in sacramentali
 confessione, pro constanti & firmo tenendū est
 solos sacerdotes esse dictæ absolutionis mini-
 stros.

57 * Quid quod hodie pœnitentiæ imponuntur
 in remissionem peccatorum, iuxta arbitrium sa-
 cerdotum, ex Leone Papæ habetur, in. c. tēpora
 pœnitudinis. 26. quæst. 7. vbi glos. verb. tuo iudi-
 cio. text. in. c. Deus, ibip er discreti sacerdotis ar-
 bitrium. de pœnit. & remiss. in. c. mensuram. de
 pœnit. dist. 1. glos. fin. in. c. de his clericis. lo. 26.
 dist. 50. Concil. Vormatiens. in. c. 25. & Concil.
 Trident. sess. 14. c. 9. Abbas in. c. sicut dignum.
 nu. 2. de homicidio. vbi Zabarella notabiles ad
 hoc tradit versus, & obseruant Iulius Clarus, in
 pract. s. fin. quæst. 83. nu. 14. Meno. de arbitra-
 rijs. lib. 2. casu. 391. & Choueronius de publicis cō-
 cubinarijs. rub. de adulterio. nu. 3.

s. 11. Differentiam inter sacerdotes, & terrenos iudices. ostēdit.

68 * Per hanc autem facultatem absoluēdi à pec-
 catis à Domino habitam, possunt domini sacerdo-
 tes, (intelligendo ut supra) admittere illos, & in
 diui

diuinam gratiam reconciliare, qui non semel tan
tum, sed etiam eos qui s̄aeplius offendunt, vel lapsi
sunt, Matth. c. 18, c. septies cadit, vers. & non so
lum septies, de p̄oenit. dist. 3, c. firmiter, §. vna ve
rō, de summa trinitate, ibi, Per veram potest sem.,
per p̄oenitentiam reparari. & Concil. Trident.,
sess. 14, in. c. 2. ibi, Sed quoties ab admissis pec.,
catis ad ipsum p̄enitentes confugerint, possent.,
liberari. Et contra quosdam perfidos ostendit. S.
Aug. habetur, in. c. adhuc instant. de p̄enit. dist.
3. & Castro aduersus h̄ereses, verb. p̄oenitentia,
h̄eresi. 3. Ministri namque sunt Domini sacerdo
tes illius diuini, & clementissimi regis, cui pro
prium est, misereri semper & parcere, & qui quo
tidianis hominū peccatis semper ignoscere digna
tur, & p̄enitentiā suscipere nostrā, & ad meliore
deducere. l. imperialis. C. de nuptijs. & ita eius spō
sa ecclesia nunquam gremium claudit redeunti,
vt Imperatori lustiniano, Papa Ioannes 2. scrip
tit, relatiuē, in l. inter claras. §. liquet, versic, sed
quia. C. de sacro sanct. eccl.

* Ex qua consideratione, dominorum sacerdo
tum, ministros terreni principis excellentia,
& amplitudo constat. Non enim seculares mini
stri, tam liberas habenas habent, & amplias pote
states, sicut habent sacerdotes; nam seculares con
fessum, vel conuictum condemnant, adeo quod
semel condemnatum, non possunt absoluere, etiā
(quod videtur mirabile) si ipsis posteā de innocētia il
lius condēnati constet; sed hoc habent rescribere

principi, l. i. §. fin. ff. de quæstionib. & post alios aduertit Anto. Gomes. in. 3. tomo variar. c. 13. nu. 36. Sacerdotibus autem, ligatos. & per peccatū condemnatos, remittit ipse rex regum, vt à peccatis soluantur, & solutos esse declarentur. Præterea, misericordiam & clementiam, quam iudicibus commendant, Thom. Grammat. in decis. 23. nu. 17. & Marsilis in pract. §. occurrunt, ex. nu. 7. non sic libere exercere possunt, licet pensata qualitate facti, loci, temporis, & personæ ordinariā pœnam minuant, l. aut facta, ff. de pœnis. l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de ijs qui notantur infamia, & tāgit V iuius, in commu. opin. vers. iudex vbiunque.

70 * Est enim terreni principis stricta in relaxandis delictis volūtas, cūm etiam in absolutione generali criminum semper excipiat aliqua delicta, vt in crimen falsi obseruant. Grāma, decis. 2. nu. 28. & Iul. Clar. in pract. §. fin. quæst. 59. nu. 13. & patet in tit. de remissione criminum. & tit. absolutionis generali, in foris Valentiae, vbi & alia criminia excipiuntur.

71 * Est etiam terreni principis, máxime in grauitibus casibus ea voluntas, vt remissionē veniæ criminia nisi semel commissa non habeant, l. nemo deinceps. §. his ergo. C. de episcopali audientia. Per quam, ibidem. Gulielmus de Cugno dixit, quod si aliquis impetrat à principe remissionem alicuius delicti, & postea delinquit, remissionēq; etiam impetrat; si non fecit in secūda remissionis impec-

impetrazione, mentionem de prima, non valebit,
& ea non obstante, puniri poterit. Et ob istū defec-
tum fuit quidam Bononiæ decapitatus, teste
Barbatia, quem refert Benedictus, in. d.c. Raynū
tius, verb. mortuo itaque, lo. i. nu. 112. Iason. in.
l. præscriptione. nu. 32. C. si contra ius, & Meno-
chius de arbitrarijs. lib. 2, casu. 203. nu. 32.

* At verò cœlestis, & misericordissimi regis, est
illa omnibus nota, & certa voluntas, ut non itera-
tum solum, sed etiam sæpius commissum pecca-
tum remittat, remittique a suis ministris, quoad
conscientiæ forum velit, per supradicta, et Cōc.
Triden. d. sess. 14. in. c. 2. Et hanc inter regē cæli,
et principes terræ differentiam, considerat Tira-
quell, de pœnis temperan. causa. 10. nu. 4 + 7. et. 8.
et pari ratione, ad ministros vtriusque, eadem dif-
ferentia, et aliorum, ad alios excellentia, erit con-
sideranda.

* Deinde notoriē cōstat terreni regis ministros,
in corpus tantum, non autem in animam, hoc est
conscientiam habere potestatem. c. nos si. §. sed
notandum. 2. quæst. 7. Illi enim iustitia exigente,
quos ad mortem corporis condemnant, (ut in ca-
sibus cumulatis per Gulielm. Bont, et Iul. Clar. in
pract. §. fin. quæst. 68.) ad Sacerdotes, et præ-
byteros pro animæ salute, remittunt, iuxta l. Ar-
chigerentes, vbi, glos, et Bald. C. de episcopali
audien. c. 2, in fine, defurtis, & clem. 1. de poenit.
et remiss. Vnde licet magnus regum terræ mini-
stris honor debeatur; iuxta notata, in. l. quisquis.

C. ad legem Iuliam Maiestatis, & Boerium, in tract. de autoritate magni consilij: maximus tamē ministris regis cali, id est sacerdotibus, debetur honor, nam Mathæi. c. 10. habetur, Quod ille tñ mendus est, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam, quod vt Dei minister potest sacerdos, d. s. sed notandum, vt superius declarauit. Et ex hac sola ministrorum cælestis, & terrestris regis æquiparatione, cùm finiti (teste philosopho) ad infinitum non detur proportionem; multa poterit sapiens (qui ex paucis multa intelligit, ex gloss. verb. opinari. in. g. 1. in authen. de consanguini. & vteri. fratrib.) inferre, quæ ad honorem, & excellentiā dominorū sacerdotum, conducent.

* Vnde non mirandum solum, sed etiam veris ex corde lachrymis est dolendū, quod in mente hominis christiani veniat, vt honorem, & reverentiam, tot titulis, sacerdotibus debitam, non impendat. Quomodo enim homo (si tamen homo est) illud hominum genus electum (sacerdotes dico) poterit non honorare, cùm quodammodo & adorare oporteat fieriç videtur, quando ad eorum pedes, nedum secreta dicta, & occulta facta: verum etiam intima cordis arcana, cùr rubore, contritione, & lachrymis, ad animæ salutem aperiunt homines: reuelantque illa, quæ magis, fideli, & probato amico non committerent: c. omnis vtriusque sexus, de pñnit. & remiss. & Trid. Conc. sess. 14. in princ. c. 1. & seqq. ubi sacramentalis confessio, iure diuino instituta, & ab ecclesia

ecclesia saltem quolibet anno in quadragesima
requisita; ministro sacerdoti est facienda. Alfon.
á Castro aduer. hæreses. verb. confessio. & Co-
uarr. in. d. c. alma mater. par. i. §. 1. nu. 6. & 7.
& tetigi supr.

* Ad hanc autem ministro sacerdoti faciendā
sacramentalem confessionem, adeo tenetur ho-
mo Christianus, ut summus etiam pontifex ad eā
teneatur, & non solum in quantum est à iure di-
uino suis casibus, & periculis instituta: pontifex
sacerdoti parere debet, ut dixit gloss. i. in. c. ne-
mo. 9. quæst. 3. & glos. verb. terminandum, in. c.
fanē. lo. 2. de officio delegati, & Choueronius
vbi supr. verb. vel alterius præminentia. nu. fin.
verum etiam ad confessionem quolibet anno fa-
ciendam tenetur pontifex, ex illa naturali saltem
ratione, quæ docet, principem legibus etiam hu-
manis subditum esse. l. digna vox. C. de legibus,
& ita tradit Couarruias, in. d. c. alma mater.
part. i. §. 1. nu. 5.

* Duo autem ex hac proxima consideratione
fieri poterūt syllogismi, qui sacerdotum excellen-
tiā, & honorē cōmendent; primus ex amicitiæ
vinculo; secundus ex requisita summi pontificis
confessione sacramentali.

* Primo, certū est quod amicus, & maximē sin-
gularis summoperē diligēdus, & honorādus est.
Dicit enim amic⁹ amico, tuus in omnibus sum, &
me tuū esse recognosco, glo. verb. cuius ipsi sunt,
in. l. coloni. C. in quibus cauſis coloni. Bald. in. 1. 1.

Aa nu.

nu. 33. C. qui accusare non poss. cum alijs quæ de vinculo amicitiæ notantur in. l. late. §. amicos. s. de verb. signifi. Tiraq. de pœnis temperan. causa. 22. Couar. in. c. requisisti. nu. 7. de testa. & ibi glos. verb. præsumit, & Matienço in dialogo relatoris & aduocati. part. 3. c. 15. & seqq. Sacerdos autem in sacramentali confessione, magis cōsulit, magis audit, & magis conseruat, quam quilibet singularis amicus; meritò ergo amicus dici poterit, arg. Ioā. c. 15. ibi, Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. & in terminis obseruat Marsilius, in tract. de ecclesiast. reddi. in. c. 17. nu. 15. sequitur igitur euidenter, summe diligendum, & honorandum esse sacerdotem.

77 * Secundò notorium est, quod summè honorandus est. admirandus ille Pater patrum, Iesu Christi vicarius Papa, gloss. verb. Papa. §. hæc sane, in procœm. clemen. glos. verb. præposuit, in c. considerandum. 10. dist. dd. in. c. in nouo. 11. dist. & in. c. significasti, de elect. S. Anton. in sum. part. 3. tit. 22. c. 5. & seq. Castro aduersus hæres. verb. papa. Septimacen. de catholicis institu. c. 44. Michael Aninyon, de vnitate ouilis & pastoris. c. 23. & multi tum theologi, tum canonistæ, qui laudandos de potestate papæ tractatus scripserunt. Illi enim træseunti iuste acclamations dat Romanus populus, dicendo, viuat N. papa. l. 1. ubi gloss. acclamations, de quæstorib. & magistris officior. lib. 12. C. & ob summam reuerentiam,

tiam in pede deosculandus est Papa, ut & ego
pedes domini Gregor. 13. vti verus Christianus
deosculatus sum, iux. glos. verb. deosculandi, in
I. i. de domesticis. lib. 12. C. tradit Chassen. in. d.
catalogo. part. i. confide. 26. vers. item. Et hoc Pa-
pæ debet, & non esse tyrannice introductum in
ecclesiam Dei, contra haereticos probat Conua-
lentinus, episcopus Vestanus meritissimus do-
minus Iosephus Esteuanus, in tract. de adoratio-
ne pedum Romani Pontificis. Et etiam Papa iu-
dex est competens, vt reges quolibet, & impera-
tores casu exigente, deponant regia, & impe-
riali dignitate. c. alias. 15. quæst. 6. & c. ad apo-
stolicæ. de senten. & re iudicata, in. 6. tradit Lu-
lius Clarus in tract. q. final. quæst. 35. nu. 6. & s.
& exempla adducit Lloazes in. d. cōsil. pro Mar-
chione, dubit. 1. in respons. ad. 7. ex nu. 13.

* Sed hæc tam admirabilis, & alta persona, tot
titulis & excellentijs ornata, quæ cum super illu-
stris sit, culmen dignitatis appellatur a Baldo, in
c. cum accessissent. nu. 6. de constitu. & omnes
dignitates mundi præcedit, Clemens. i. de iure ius-
rand. Clem. pastoralis. de re iudicata. Chassen.
d. catalogo. part. 4. confid. 7. sacerdotitamen in
confessione sacramentali subiicitur, eumq; reue-
renter honorat, vt supra probatum est: sequitur
ergo manifeste, quod cæteri hominum, magnum
debent sacerdoti honorem, & humilem reueren-
tiam, argumento, authen. multò magis. C. de sa-
crosan. eccl. Nam si vincio vincentem te, a fortio

ri vincam te, l. de accessionibus, vers. nam qui, ff.
de diversis & temporalib. præscri. glo. verb. sedi.
in. c. rogamus. 24. quæst. i. quam regulâ exornat
Anton. Gabr. in lib. 4. concl. tit. de success. ab
intestato, concl. 4.

79 **Vnde** euidens, timendaque in contempro-
res sacerdotum, conclusio Grego. Papæ. 7. sequi-
tur, dicens. Nonne miserabilis insanæ esse cognos-
citur, si filius patrem, discipulus magistrū sibi co-
netur subiugare, & inquis obligationibus illum
suæ potestati subiucere, à quo credit non solum in
terra, sed etiam in cælis, se ligari posse, & solus c.
quis dubitet. 96. dist.

80 * Quod si peruersus homo, volens huius cōsi-
derationis vim euadere, diceret, impendendū esse
sacerdoti honorem, solum eo tempore, quo actu
sacramentalē audit confessionem, & non postea:
confunditur euidenter, vel ex gentiliū romanorū
lege, qua, ob memoriam pristinæ habitæ dignita-
tis, honor maximus cōseruatur. Sic enim antiquis
simus iurisconsultus Paulus dicebat. De decurione
dānato non debere quæstionē haberi diuus Pius
rescripsit, vnde etiam si desierit decurio esse, dein
de damnetur, non esse torquendum, in memoriam
prioris dignitatis, placuit. l. final. ff. de decurioni-
bus. Hinc & aduocatus licet aduocationis offi-
cium deponat, retinet tamen ut torqueri non pos-
sit, & ne compellatur ad iudiciū venire, sed quod
mittatur ad eius domum proferendo testimonio,
ut post alios considerat Iacobutius de Franchis,
in. tit.

in tit. de ijs qui feudum dare possint. nu. 170. post modernas neapolitanas decisiones Vincentij de Franchis, vbi alia in memoriam pristinę dignitatis aduertit. Et notarius notariæ arte priuatus, si instrumentum recipit, non punitur poena mortis, quam si nunquam fuisset notarius pateretur. vt dixit Bald. in. l. data opera. nu. 50. vers. & idē in eo. C. de ijs qui accusare non possunt, Marsilius in singul. 33. incip. ille qui nunquam. nu. 1. & aliqua similia adducunt Iason, in. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 27. de verbor. obligat. & Cotta in memorabili. incip. dignitas pristina. Hæc autem quod in sacerdote, & vrgentiori quidem ratione procedant, omnis sanæ mētis admittet, cūm etiam solemniter degradatus posset cōficerre, vt infrā. nu. 85. Vnde patet semper & vbiq; deferendum esse dominis sacerdotibus. Quod etiam Valentiniū idioma demonstrat, sacerdotem appellans. Prevere. & Reuerent. quasi eum dicat, vera præbentem, & idē reuerendum, & verē præ alijs habendum; quod nota.

¶. 12. De excellentia sacerdotis, Ex potestate conse-
crandi corpus Domini agit. 85
¶. Perueniam? modo ad altissimā aliā cōsidera-
tionem, ex immaculata illa, admirabilic; hostia, sa-
cratissima eucharistia seu bona gratia, c. multi se-
culariū. §. sacramentū, in. fin. 1. q. 1. in qua donator
venit in donū & datū, est idē penitus cum datore,
clem. vnic. de reliq. & vener. sanct. Chasse. d. catal.
part. 12. cōsid. 31. vers. dico tamen. Castro aduer-

hæreses. verb. eucharistia. Soto de iustit. & iure.
lib. 9. quæst. 2. art. 1. S. Anton. in summ. part. 3.
tit. 14. c. 4. & 5. & Conc. Trid. sels. 13.

82 * Maximum enim & sanctissimum omnium
sacrificium sacram Missam esse constat, in qua
corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi cō-
secratur. c. 1. & per tot. de consecr. dist. 2. c. cūm
Marthæ, & tot. tit. de celebra. Missa. d. s. sacra-
mentum, & ibi, gloss. verb. corpore. & Concil.
Trid. sels. 22. maxime. in. c. 4. de qua post sum-
mistas, verb. missa. tradunt notabilia gloss. verb.
celebrationem, in. c. Iacobus, de confeccr. dist. 1.
gloss. verb. diuidatur. vers. & ita videtur, & dd.
maxime Abb. nu. 12. in. c. quod sicut. s. super eo,
de elect. Durand. in rationali, lib. 4. c. 1. S. An-
tonin. in. d. part. 3. tit. 13. c. 5. & 6. Castro adver-
sus hæreses. verb. Missa. & Couarr. libr. 4. reso-
lut. c. 22. in quibus locis plura habentur, de insti-
tutione Missæ, de ijs quæ ad decorum eius, & so-
lemnitatem addita sunt, de præparatione ad eā,
de defectibus circa eam, de significatione nomi-
nis, quomodo peccet sacerdos qui sine Missa cō-
secraret, & quod soli sacerdoti consecratio domi-
nici corporis sit cōmissa: quod particulariter ad
excellentiam huius considerationis pertinet.

83 * Quod autem solus sacerdos tantum. & verū
Domini nostri Iesu Christi corpus possit conse-
crale, probat Lateran. Conc. sub, Innoc. in. c. 1.
ibid. Una vero est fidelium vniuersalis ecclesia, ex-
tra quam nullus omnino salvatur: In qua idem
ipse

ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris, sub specie ciebus panis & vini veraciter continetur, translubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguine potestate diuina, ut ad perficiendum mysterium vni tatis accipiamus ipso de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest confidere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus, certe firmiter. §. una vero, de summa Trinitate.

* Probat etiam quod ad solum sacerdotem consecratio corporis Christi pertineat, pena indita illi, qui presumperit consecrare, si non est sacerdos. glos. verb. presumit. in. c. ex literis de clericis non ordinato ministrante, Diaz in pract. canon. c. 11. Catholica enim Ecclesia in festiuitate corporis Christi in hymno, incip. sacris solenijs, sic habet, Sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant, & dent cæteris. & probabant, c. absit. ii, quæst. 3. & c. i. §. ad presbiterum. 25. dist.

• Hanc verò excellentem consecrandi corpus Domini potestatem, tam afixam, & in delebile habent sacerdotes, ut quamvis solemniter degradati, eam retineant, confidereque possint, licet eo casu grauiter peccarent. glos. verb. degradatus. in. c. si quis presbyter, de clero excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante, quam ibi

Aa 4 Abb_g

Abb. & dd. sequuntur, & hæc est vera & catho-
lica sententia, Castro, de iusta haereticor. puni. lib.
2. c. 21. vers. de ijs igitur potestatibus. Petrus So-
to, de institutione fæcerdo. part. 1. tit. de sacramen-
to eucharistiae. lect. 13. Couarr. lib. 1. resolu. c. 10.
nu. 8. & Francisc. Vargas, de autoritate p̄tificis,
post axioma, quæst. principali, propositione. 3.
Ex quibus fugiendæ sunt, & reprobandæ contra
rium tenentes glossæ; vna, in verb. presbytero,
in, c. accedens. 50. dist. & alia, in verb. priuilegio
clericali, in, c. degradatio. §. fin. in fin. de poenis,
in, 6. vbi in margine Gregoriani emendatores ad
uertunt. Et nota pro hoc indelebili ordinati cha-
ractere, ad Conc. Trid. sess. 7. can. 9. & sess. 23.
can. 4. quod clericus resuscitatus nō indiget no-
ua ordinatione, teste glos. verb. nunquam. in, c.
licité. 32. quæst. 7. & Abb. in, c. non potest. nu-
i. de reiudicata.

* Tanta autem ex hac admirabili consecra-
di verum corpus Christi potestate, sacerdotum
insurgit dignitas, & excellētia; ut non humanos
solum, sed altiores angelicos superet intellectus;
nā in hoc omnibus creaturis maior est sacerdos.
Vnde meritò dicebat, S. Aug. O Sacerdos Dei
“ si altitudinem cæli contéplaris, altior es; si pulchri-
“ tudinem Solis, Lunæ, & stellarum, pulchrior es;
“ si discretionem angelorum, discretior es; si omniū
“ dominorum sublimitatem, sublimior es; solo tuo
“ creatore inferior es. Et S. Bernardus dicebat, O
“ Sacerdotes prærogatiuam ordinis vestri, prætu-

lit vos Deus, omnibus ordinibus angelorū, om-
nibus angelicæ hierarchiæ. Sicut enim nō ange-
los, sed sinū Abrahæ apprehendit, ad faciendam
redēptionem; sic non angelis, sed hominibus, so-
lisque sacerdotibus commisit dominici corporis,
& sanguinis consecrationem. Hæc autem duorū
sanctorū loca refert Chasseneus in. d. catalogo,
part. 4, conside. 6, vbi allegat Bernardinū de Bu-
stis in suo rosario sacerdotes extollentem, & eos
in hoc sacratissimæ virginis præferentem, cuius di-
ctum iuuat, c. noua, in fin. de pœnit. & remiss. cu-
ius verba, retuli in hac part. 2, nu. 62.

* Hinc Parisiensis ille cancellarius Ioannes Ger-⁸⁷
son, in tract. de imitatione Christi. lib. 4, c. 11, cir-
ca finem, dicebat, Magnum & honorabile est sa-
cerdotum officium, quibus datum est dominum
maiestatis verbis sacris consecrare, labijs benedi-
cere, manibus tenere, ore proprio sumere, & cæ-
teris ministrare. Vnde notabiliter S. Chrysosto.
dicebat, ministrare regi gloriæ magnum est, &
vel ipsis cælestibus potestatibus terribile: quem
allegat Castro, aduers. haereses, verb. missa, hæ-
resi, 3, circa mediū. Et dicit, q. B. Marcus Euāgeli-
sta sibi policē amputauerit, vt ea orbitate, ineptus
sacerdotio fieret, q. assertiuē refert Bergomen, in
supple. chronic, lib. 8. fo. 144, vers. Marcus Euāge-
lista, sed dubitat̄er. Soto, de iust. & iur. lib. 10. q. 2,
art. 2, in. 3, arg. & in respō. Illud verō certissimè cō-
stat B. Frāciscū licet sanctissimū, nūquā ad sacer-
dotiū cōuolasse, altitudinē, & officij dignitatē cō-
siderās, vt illius habet indubitate historia,

88 * Imò solebat dicere, quod si simul obuiaret an
gelo & sacerdoti: plus debitam reuerentiam sa-
cerdoti inferret, quā angelo Dei: vt meminit Chas-
seneus in, d. part. 4. consid. 4. vers. & vt. Cuius di-
ctum iuuat, quod propter assumptam humanita-
tem à diuinitate, homo dignior est angelo: vt ad-
uertit idem Chasseneus, in, d. catalogo. part. 2.
consider. 3. quia non angelis sed hominib⁹ dedit
Deus potestatem consecrandi corpus dominicū,
vt proximè ostendi, & allegando Turrecrematā,
in, c. quid sit. de consecrat. dist. 2. tradit Chasse-
neus in, d. consid. 3. vers. septimo quia. Et in ter-
minis quod sacerdotū dignitas omnem superet
angelorū potestatē, tetigit Marquardus de Su-
fannis, de cœlibatu sacerdotū, in princ. c. 5. nu. 2.

89 * Cūm ergo summa summis debeantur: mani-
feste sequitur ob solam hanc admirabilem pote-
statem, qua sacerdotes verū corpus Domini no-
stri Iesu Christi consecrant: summè esse veneran-
dos, vt inter alios obseruat Clichthoueus vbi su-
prā. c. 5. Vnde meritō Anter⁹ Papa dicebat, absit
“ vt quidquam sinistrum de his arbitremur, qui fa-
“ cro ore Christi corpus conficiunt, c. absit. ii. q. 3.
“ & Telesphorus Papa dicebat, Sacerdotes qui pro
“ prio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus
“ sunt audiendi, atque timendi, non dilacerādi, aut
“ detrahendi, c. sacerdotes. 6. quæst. 1. & Anacle-
“ tus Papa epistola, 2. dicebat, quod sacrificantes
“ Deo, nō debent vexari, sed portari, consolari,
“ atque ab omnibus venerari.

¶ 13. Miscelanea aliqua loca insinuat ad dignitatem & excellentiam sacerdotalem.

* Ultimò verò excellentiam, & honorem sacerdotum cōmendant expressa sacræ scripturæ testimonia. Deuteronom. c. 17. ibi, Qui superbierit no^m, lens obediens sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Paralipomen. lib. 1. c. 16. & Psal. 104. ibi, Nolite tangere christos meos; & in prophetis meis nolite malignari. & Zachariæ. c. 2. ibi, Qui tetigerit vos tangit pupillam oculi mei. Vnde bene infert, cōvincitque ecclesiasticus, in. c. 4. ibi, presbytero humilia animam tuam, & in. c. 7. dicens, in tota anima tua time dominum, & sacerdotes illius sanctifica. (& paucis interiectis) honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes. Et plura alia loca sacræ scripturæ ordinem librorum sequendo, tum ad vitam, tum ad excellentiam sacerdotū adducens breuiter declarat Frāciscus Agricola parochus Rodingensis in appendice ad tractatum de institutione sacerdotum, Petri a Soto, ad quem remitto pro messe theologica, ut dicebā in proœmio, nu. 10.

* Præterea paſsim in decretis pontificum, in diuersis concilijs, omnibusque catholicis scriptoribus multa leguntur, quæ excellentiam, honorē, & dignitatem sacerdotalem, commendant: c. de niq. dist. 4. vbi gloss. verb. dignitas. c. duo sunt. 26. dist. ibi, aurum non tam pretiosius est plūbo, ¶

quam regia potestate est altior dignitas sacerdotalis. c. dictum est. lo. i. vers. quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis. &c. c. reperiuntur. ibi sacerdotij dignitatem. i. quæst. i. c. sacerdotibus. n. quæst. i. c. solite. vers. potuisses. de maijoritate & obedientia. &c. c. cùm ex iniuncto. s. licet. de hæreticis. videnda omnino Nicolai primi Papæ epistola Michaeli imperatori missa. quæ incipit proposueramus. vbi multa de dignitate sacerdotum. & habetur in. 3. tomo Concilior. legendum Parisien. concil. in lib. i. c. 4. vers. laudè autem verorum sacerdotum. & in lib. 3. c. 8. &c. s. Concil. Aquisgranæ. in. c. 5. lo. 2. incip. petimus humiliter. & in. c. 7. vers. licet. & in. c. 19. incip. laici. & aliquid tangit Concil. Valentini. sub Ayala. sess. 2. c. 32. & catechis. ad paroch. tit. de ordinis sacramento. Et ultra doctores qui supra adducta decreti & decretalium loca commentantes. dignitatē sacerdotalē extollunt. videndi sunt summistæ. in verb. clericus. & verb. sacerdos. Castro aduers. hæreses. verb. sacerdotium. Afflictis in procem. ad decisiones Neapolit. nu. 2. Gerson in tract. de imitatione Christi. lib. 4. c. 5. &c. c. 11. in fin. Cœualenti. Belluga in speculo principum. rubr. 6. de forma & ordine standi. num. 6. & 11. Marsilis in rub. de fideiussor. nu. 12. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 10. art. 1. Caietanus. in summa. ientaculo. 3. Clichthoueus theologus de vita & moribus sacerdotū. c. 1. Trotius de perfecto cleri. maximè. lib. 1. c. 18. Chassen. d. catalo. part.

part. 4. cōsid. 2. & seq. Iacobat de cōcilio, lib. i. art. 4. n. 1. &c. 7. vbi epitheta sacerdotū, & excellētias tradit, allegādo Gabrielem Biel in libr. expositionis miſiæ. lect. 4. & in libro diuinor. officior. lect. 2. Tradūt præterea Ioā. Lopez de Palacios in tract. de libertate ecclesiastica. p. 2. q. 12. nu. 3. Conrrad. Brun⁹ in tract. de hereticis, lib. 2. c. 4. nu. 1. & seq. Ioan. Lecirier in tract. de primogenitura, lib. i. q. 24. nu. 14. Ioan. Hugo in tract. de officio quatuor prælatorum. part. 4. vers. quod imperator nō est dignior sacerdote. nu. 1. &c. 2. Rastaurus Castald⁹ in tract. de imperatore. q. 10. nu. 18. & Marsilius in tracta. de ecclesiasticis redditib. c. 17. maxime. nu. 12. & seq. Extant & tractatus de clericorum moribus & vita singulari cum additionibus Ioannis Quintini, & Speculum Sacerdotij.

* Et denique de sacerdotio per modū dialogi 91
scripsit S. Ioan. Chryso. vt habetur in tom. 5. suo
rū operum, & Ambrosius Coranus generalis or-
dinis S. August. scripsit de dignitate sacerdotij.
Quorum loca libēter hic allegasse placuit, quia te-
ste Baldo in proem. feudorū. nu. 2. Felin. in. c. si
quando. n. 2. in fin de rescript. & Iaso. in. §. fin. n.
31. instit. de actionib. occultator laudis alienæ, suri-
par est. 92

§. 14. Specificat & laudat honorem sacerdotibus habendum
ex Matriconensi Concilio. 2.

* Ex superioribus autem, & alijs multis, quæ
ad honorem, & excellentiam clericorum & sacer-
dotū expectant, cùm in vno volumine colligi nō
possint, meritō sanctissim⁹ Papa Clemēs, in lib. 2.

apostolicarum constitut. c. 33. illam plenam & cō
 pendiosam statuit regulam dicens; His igitur re-
 uerentiam adhibentes, omni eos genere honoris
 afficite. Per hanc verò latam & vberimam cōclu-
 sionem considerabam motum fuisse Matisconen-
 se concilium. 2. temporibus Pelagij. 1. Papæ ce-
 lebratum, dum pro specifica & practica domino
 rum clericorum, & sacerdotum reuerentia, in ca-
 none decimo quinto laudabiliter disposita per
 hæc verba. Statuum⁹, vt si quis secularium, quem
 piam clericorum honoratorum in itinere obuiū
 habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris
 veneranter (sicut condecet christianum) illi colla-
 subdat, per cuius officia, & obsequia; fidelissima
 christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille se-
 cularis equo vehitur, clericusque similiter, secula-
 ris galerum de capite auferat, & clero sincere sa-
 lutationis munus adhibeat. Si verò cleric⁹ pedes
 graditur, & secularis vehitur equo sublimis, illico
 ad terram defluat, & debitum honorem prædi-
 cto clero sincere charitatis exhibeat. Vt Deus
 qui vera charitas est, in vtrisque lætetur, & dilec-
 tione sua virunque adstringat. Qui verò hæc, quæ
 spiritu Sancto dictante, sancta sunt, transgredi
 voluerit, ab ecclesia quam in suis ministris dehor-
 norat, quamdiu episcopus illius ecclesiæ voluerit,
 suspendatur. Adhuc aureis literis scribenda ver-
 ba, Matisconen. conci. 2. in cano. 15. quæ ego ha-
 beo in tomo 2. concil. pag. 856. & seq.
 24. Huius autem statuti nō minima est autoritas.
 nam

nam quamvis dictum Cōcilium fuerit prouinciale, & prouincialibus concilijs diffiniendi vniuersaliter non sit tributa potestas: adhuc tamen plura sunt in particularibus concilijs piē, & prudenter animaduerfa, quæ tanquam laudabilia, ecclesia vniuersalis approbare dignata est. Nam in primis concilium prouinciale Valētinum in hac nostra ciuitate celebratum dñe. 4. Decembris, anno Domini, 469, vt meminit Conualenti. Petrus Anton. Beuter in chronica Hispaniæ lib. i, c. 27, fol. 88, illud ordinavit in. c. 1. vt euangelium in missa post epistolam, & ante munerum illationem lege retur; quod ab vniuersali ecclesia constat fuisse admissum, & habetur, in tomo. 2. Cōcil. pag. 538. in noua editione, licet in tempore discrepet tomus conciliorum, à Beuter, tribuens annum, 15. Theodorici regis, ad annum Domini, 525. vt est videre in tabula. Et plura alia exempla adducendo, aduertit hoc idem Ioan. Lancellotus in instituta canonica, lib. i. tit. de ecclesiasticis constit. s. hæc autem. vers. licet. & ibi, gloss. verb. suscipiat.

* Vnde maxima fuit antiquorum patrum cura, vt hæc prouincialia concilia celebrētur, vt post Gratian. dist. 18. dd. in. c. regula. §. porro, dist. 3. & in. c. graue, de præben. aduertunt S. Antoni, in summa, part. 3. tit. 23. c. 4. Hermas, lib. 5. de instauranda religione, c. vltimo, quem allegat, plus ad hoc cōcilia adducens Septimacens, in tract. de institution. catholicis, c. 12. nu. 18. & moderne commendat Trident. Conc. sess. 24. de refor. c. 2.

Quia manifeste patet multum conducere ad ordinatum, & bonum ecclesiæ vniuersalis: ordinatio-nes horum etiam particularium conciliorum. Et ita summe laudanda est constitutio supradicti cōciliij Matisconensis, honorem & reuerentiam do- minorum clericorum commendātis.

* Et quia commēdando habitam in dicto Matiscōnēse concilio maturam deliberationem, in consequentiam crecit commendata ab eo clericorum autoritas, & reuerētia, ideo aduertere visum fuit interfuisse dicto cōcilio decretaque illius subscripsisse plures episcopos, quorum propria, & dignitatum nomina, prout ex tomo conciliorum accepimus, ad literam sequuntur.

“ Priscus episcop. eccl. Lugdunēsis, Agricola
 “ episc. eccl. Niuernensis, Anthidius episc. eccl.
 “ Agennen, Amelius episco. eccl. Bigorritanæ,
 “ Aridius episc. eccl. Vapincē, Aunicharius epis.
 “ eccl. Antisiodoren. Agrii epis. eccl. Glande
 “ ten. Bertechrannus epis. eccl. Burdegalen. Blau
 “ disigillus epis. eccl. Cenomannen. Cartherius
 “ epis. eccl. Petragoricen. Cariatho epis. eccl. Ge
 “ bennen. Esitius epis. eccl. Gratiopolis, Euse
 “ bius epis. eccl. Matisconē. Emeritus epis. eccl.
 “ Ebredunen. Faustus epis. eccl. Auciorum. Fla
 “ uius epis. eccl. Cabilonen. Ferreolus epis. eccl.
 “ Leniouicen. Lucerius episco. eccl. Glorensum,
 “ Mumulus episcop. eccl. Lingonicae, Marius
 “ epis. eccl. Auenticæ, Namantius epis. eccl. Au
 “ relianen, Nicasius epis. eccl. Auxitanæ, Orestis
 “ epis.

epis. eccl. Vasaten. Prætextus episc. eccl. Ro-["]
 thomagen. Palladius episc. eccl. Xanctonē. Pap-["]
 pulus epis. eccl. Carnoten. Ragnebod⁹ epis. eccl. ["]
 Parisien. Ragnoaldus epis. eccl. Valentinæ. Ru-["]
 sticus epis. eccl. Vicoiulien. Rufin⁹ epis. eccl. Cō["]
 uenarum. Theodorus epis. eccl. Masilien. Trape["]
 cius epis. eccl. Aurasicæ. Siluester epis. eccl. ["]
 Visontinen. Sauinus epis. eccl. Viuarien. Sulpitius["]
 epis. eccl. Biruticen. Veranus epis. eccl. ["]
 Cauellicen. Vrcinus epis. eccl. Caturicen. Vrbi-["]
 cus epis. eccl. Regihen. ["]

Item missi episcoporum qui in ea synodo subscripsérunt. ["]
 Arthemius epis. eccl. Vafen. Agrecius epis. ["]
 eccl. Treccen. Boethius epis. eccl. Carpenteractē. ["]
 Catholinus epis. eccl. Nicien. Deutherius epis. ["]
 eccl. Ventien. Desiderius epis. eccl. Tholonen. ["]
 Eusebius epis. eccl. Tricassianæ. Eliodus epis. ["]
 eccl. Sedunen. Felix epis. eccl. Belicen. Ioann. ["]
 epis. eccl. Auiniōnē. Labān epis. eccl. Elusen. ["]
 aliás Ebrotieen. Martianus epis. eccl. Tarenta-["]
 cien. Magnulphus epis. eccl. Tholosanæ. Opta-["]
 tus epis. eccl. Antipolen. Pappus epis. eccl. ["]
 Apten. Pientius epis. eccl. Aquen. Paulus epis. ["]
 eccl. Dien. Pologronius epis. eccl. Cistracen. ["]
 Sabaudius epis. eccl. Arelaten. Vigilius epis. ["]
 eccl. Sencen. for. Senonen. ["]

Episcopi qui in ea synodo fuerunt, non habentes sedes. ["]
 Fronimius epis. Promotus epis. Faicianus epis. ["]
 * Vnde facto calculo cōstat, prædicto Matiscēsi. ⁹⁷
 Cc conci.

concilio, eiusque ordinationi interfuisse sexaginta vnum episcopos, si prædictum conciliorum totum attendimus: in pag. 857. & seq. nam atten-
 dendo textum Decreti. in. c. prima adnotatio.
 §. vigesima secunda item Matiscensis. 16. dist. col-
 ligemus dicto concilio Matiscensi. 2. interfuisse patres octuaginta sex. In eo tamen tomus con-
 ciliorum, & textus decreti concordant, quod pre-
 cipuus autor dicti concilij fuerit Priscus Lugdu-
 nensis episcopus, & ita in dicto tomo illius legitur
 prima subscriptio, iuxta materiam. c. episcopo-
 rum. 74. dist. & ea quæ tradit Chassen. d. catalo-
 go. part. 4. consider. 23. vbi de subscriptione epis-
 coporum in concilio, quæ tantæ importantie est,
 ac si singula concilij capitula, & decreta scripsissent.
 gloss. verb. subscripterit. in. c. si quis presbytero-
 rum, de rebus eccl. alienan. Iason. in auth. si quis
 in aliquo. nu. 4. & 5. C. de edendo. Costa. in. l. si
 ex cautione. verb. tua. ex nu. 1. C. de non numera-
 ta pecunia, & Anto. Gabriel. in lib. 1. conclus. tit.
 de præsumpt. conclus. 3. & 4.

98 * Ex dicta autem episcoporum multitudine, cau-
 sas dicti concilij tractante, sequitur, quod integrum
 iudicium sit, quod plurimorum sententijs confir-
 matur. c. prudentiam. vers. illa. vbi gloss. in verb.
 plurimorum, de officio delegati. l. humanum. vers.
 bene enim cognoscimus. C. de legibus. & l. final.
 §. lex etenim. C. de fidei commissis. ibi, vt per am-
 pliores homines, perfectissima veritas reueletur.
 Nam plus vident oculi, quam videat oculus, vt
 fa-

satis in terminis dixit Iacob. Septimacen. in tract.
de institu. catholicis, c. 12. nu. 16. Quamuis enim
aliquando vnius forsan & deterioris sententia, &
multos & maiores aliqua in parte superare possit,
l. i. in. §. sed neque. C. de vetere iure enucleando,
& aliquando fatui dicunt, quæ nec Cato, vel Gra-
tianus excogitarent, vt de fatuo parisienſi inter ta-
bernarium, & peregrinum iudicante, obſeruat
Abbas. in. c. ad noſtram audientiam. nu. 4. de cō-
ſuetud. & varijs exemplis ornant hoc. Boerius in
decif. 23. nu. 57. verſ. ergo idem, & nu. seq. & Tī-
raq. in. l. cōnub. ii. nu. 4. & 5. regulariter tamen, ſa-
lus eſt, vbi plura consilia prouerb. c. 11.

* Ex quo inferebat post Ioan. And. abbas, in
d. c. prudentiam. nu. 4. de officio delegati, quod
magis præsumendum eſt pro cōſilio alicuius col-
legij doctorum, quam pro particularibus docto-
rum consilijs. & post Franciſ. Curtium comen-
dat Thom. Ferretus in tract. cautelarum, cautela
17. nu. 4. verſ. modo habeo. Quorum dictum ſum
mē iuuat notabilis illa regis Petri. 2. pro curia re-
gia valentina præſumptio, dicens, cūm non ſit ve-
rismile, quod vnuſ ſolus, ſiue plures quacunque
dignitate exiſtant, vel scientia, iudicēt ſuper qua
uis cauſa, ſeu quæſtione rectiūſ, aut confultiūſ,
quam noſtra audientia, in qua potiſſimē inferen-
dis ſententijs eſt copia peritorum. Et habetur in
foris Valent. in extrauag. tit. prouisio ſuper fide
iuſſione præſtanda, c. 3. Et hinc descendit decisio
num Rotæ romanæ autoritas, de qua Hieron. Cu-

calo ad Decium in, l. iura sanguinis, sub, nu, 3, in addit, incip, contrarium, in fin, ff, de regul, iuris, Ludoui, Gomes in procem, ad regulas cancellariae, quæst, 2, vers, quarto pro ista, & Ioan, Orosius, in, l, de quibus, nu, 28, ff, de legibus, Et ideo laudandus est illius labor, qui romanas, tholosanas, neapolitanas, & similes decisiones in vnu colligit librum, sicut etiam laudandus erit, qui huius curiae Valentinæ decisiones, & vota colliget, cu non minoris sint fructus, & doctrinæ, quam ceteræ omnes.

100 * In terminis autem, quod episcoporum coadu-natio in concilio prouinciali facta, fortior & po-tentior sit, ad inuestigandum & ordinandum que utriusque sint, quam singulares prælati prouinciae de per se possent, patet in clem, 1, §, quod etiam de senten, excommu, vbi Cardinalis Zabarella colligit in, nu, 1, & Septimacensis, in, d, c, 12, nu, 16, Vnde patet aperte dicti concilij Matisconensis tot episcoporū maturam deliberationem, piā esse & summē laudandam; reuerentiam, & hono-rem clericorum, & sacerdotum commendantem, eamque ad actum practicum specificando, in, d, can, 15,

101 * Quinimo ut augeatur dicti Matisicensis Con-cilij autoritas, & in consequentiam clericorum, & sacerdotū honor, aduertendū est, quod licet prouincialia concilia non possint vniuersaliter statuerre, & diffinire, cum hoc Summo Pontifici, & vniuersali ecclesiæ concilio, sit reseruatum; autoritätem

tem tamen dicta concilia prouincialia habent indicendi, & imponendi id, quod alias statutū fuit & specialiter, seu generaliter obseruari præceptū, vt habetur in summa, dist. 18. Et hoc solum fecisse videtur dictum Matiscense concilium secundum in can. 15. specificauit enim illa in honorem & reuerentiam clericorum, quæ generaliter saltem cōprehendebantur sub varijs tum sacrorum Bibliorum, tum summorum pontificum, tum etiā generaliū conciliariorū autoritatibus, & decretis: in quib⁹ passim clericorū & sacerdotū laudes, honores, & eminētiæ reperiūtur, vt de aliquibus memini, maximè in autoritate S. Clementis Papæ, de qua sus-
pra, in. nu. 23. huius secundæ partis.

* Vnde cūm idem operetur gen⁹ in genere suo,
quod operatur species in specie sua, l. si duo. vers.
quantum. ff. de administr. tutor, Iason in. l. si ita
stipulatus. §. Chrysogonus. nu. 9. ff. de verbor.
oblig. & dictum generale sacræ scripturæ, & pō
tificū in honorem clericorum, sit per suam ratio
nem extendendum: l. regula. §. final. ibi, initium
cōstitutionis generale est, ff. de iuris & facti igno
rantia, Euerardus in locis legalib. in loco. 79. vi
detur dicendum, quod honor ille, reuerentiaque
specialiter à dicto concilio Matisconensi adnota
ta, non sit quid de nouo introductum, sed tantum
honoris antiqui clericorum, declaratio, in sacra
scriptura, decretis pontificum, vniuersalibus con
cilij, verbis saltem generalibus compræhensa.
Nam iuxta doctrinam Bartoli, in. l. i. nu. 7. ff.

20 de vulgari, expressum dicitur tribus modis, quorumvnuſ est, quando aliquid in genere dicitur. Et expressum dici, quod ex verbis infertur, adnotauit Decius in cons. 68, nu. 3, vol. 1. & in cons. 259, nu. 3, vol. 2, & facit doctrina Baldi, in. I. ad probationem, la. 1, nu. 1. vers, sed contrarium, C. de probationib, tradens, quod præsumptio sumpta ex instrumento, reputatur tenor illius, & facit regul. la. 1, cùm quid. fl. si certum petatur, quod taciti & expressi idem iudicium sit.

203 * Et ideo subinfertur, quod ad hanc specificam clericis, & sacerdotibus reuerentiam impenden-
dam, non solum teneantur laici in Matiscensi pro-
uincia constituti, secundū ea, quæ post Ioan. Cal-
derin, quem allegat, tradit, S. Antonin, in summa,
part. 3, tit. 23, c. 4, §. 5. agens, quo modo prouincia-
le statutum liget laicos: verum etiam teneri vidē-
tur totius orbis christiani; cùm ut supra dicebam
ordinatio dicti Matiscensis conciliij, non tam in-
troduceat nouum ius, pro honore, & reuerentia
clericorum: quam declareret veteris eorum hono-
ris conseruandū ius, quod generalibus saltem ver-
bis, in sacra scripture, generalibus concilijs, & de-
cretis pontificum continebatur, quorum statu-
ta omnes vbiique ligare manifeste constat, cap.
1. vbi notatur, de constitutionibus. Et hoc mihi
satis videtur sentire dictum Matiscense conciliū,
dum fundamentum, rationem, causamque dicti
specificati honoris impēndendi sacerdoti dicit esse,
20 quia per eius officia, & obsequia; fidelissima chri-

stianitatis iura promeruūtur. Cùm igitur hæc ratio ab instituente sacerdotes Christo Domino oriatur, quam summi Pontifices, & vniuersalia ecclesiæ concilia reuerenter suscipiunt, nec solos Matiscenses sacerdotes, sed omnes qui eadē gaudent dignitate, respiciat: sequitur manifestè dicendum, supradictam Matiscensis concilij animaduersionem, ab omnibus Christi fidelibus reuerenter esse accipiendā, & omnibus sacerdotibus illā reuerentiam tribuendam: vt in genere dixerunt S. Anacletus, & S. Clemens, summi Pontifices de quibus memini in hac part. nu. 89. & nu. 93.

* Cùm enim ad bonos, & honestos mores obseruatio dicti statuti pertineat, meritō in christiana republica erit retinenda, arg. l. 1, ibi correctiō nem morū. C. de secundis nuptijs. c. non est obligatorium, de regul. iuris, in. 6. l. generaliter, ff. de verb. obligationib. l. iustitia. §. iuris præcepta, ibi, honestè viuere, & ibi, gloss. ff. de iustitia & iure, cum alijs quæ de bonis morib⁹ naturalibus, & ciuilibus obseruandis, tetigit Couarr. in. c. quāuis pactum, part. 2. in initio, nu. 1, & seq. de pact. in. 6.

* Nec omisit dictum Matiscense Concilium, poenam indicere illis, qui supradictum honoris, & reuerentiæ modum, clericis & sacerdotibus nō exhibet, arcet enim illos ab ingressu ecclesiæ, iuxta arbitrium episcopi, nā illius non debemus disimulare opprobrium, qui probra nostra delet. c. in nonnullis, de iudeis. Rojas de hæreticis. part. 105
nu. 111

1. nu. 560. Et quidem iustum videtur, ut ab ecclesiis arceantur, qui eam offendunt, offendendo clericū. Nam iniuria clericō facta, ecclesiæ factavi detur, dd.in.c. contingit, lo.1, vbi abbas, nu.10, de senten. excommu. Matienço in dialogo relatoris & aduocati, part.3, c. 55, n. 8. vnde immunitate ecclesiæ non gaudet, qui in eam deliquit, c. fin, de immunitate ecclesiarum, Concil. Valent. sub Aya-
 la, sess. 4;c. 8, & gloss. verb. cui iniuriam, in.c. nullus iudicium, de foro compet. quia frustra legis auxilium inuocat ille, qui committit in legem, c. quia frustra, de usuris. Ex quo Felinus, in.c. à nobis, nu. 5. de exceptionib. dicebat, quod interdictus ab ingressu ecclesiæ, non est ab ecclesia defendendus. Quod erit bene notandum, cùm in terminis nostris similis poena statuatur, de cuius poene materia consulendus est, text. in. c. is cui, vbi glos. & dd. de senten. excommu. in. 6. Diaz in præcīca, cano, c. vii, & Couarr. in. d. c. alma mater, part. 2, §. 1, nu. 3.

g. 15. Honorandos esse religiosissimos monachos, docet. Et nobilitatem sanguinis per ingressum monasterij non amitti.

* Supradicta autem quæ de exhibendo dominis clericis, & sacerdotibus honore dicta sunt, locum habent in religiosissimis monachis. Vltra enim quod multi ex illis nobilitate sanguinis (quam retinent) sunt decorati, quotidiana quod Christianæ vitæ hominibus alijs exempla præbenit etiam secundum nostrā tempora) sacris initiantur, & sacerdotes sunt. Et quia hæc duo ultima, de sacerdo-

tio, & exēplo probatæ vite monachorū, notoriè constāt, vt sentit Trident. Concil. sess. 5. de regu laribus. c. i. in prin. Quōd omissa multorū indu ctione, ijs præteritis annis duo eorum lumina cō ualentina, euidenter monstrarunt yidelicet, frater Ludouicus Bertran, ordinis sancti Dominici, & frater Petrus Nicolaus Factor ordinis sancti Frā cisci, quorum vita & mors, tot mirabilibus, eluces fit. (vt processu super hac inquirenda veritate cō stat) quod confidenter expectemus beatissimum Papā (cuius est, in ecclesia Dei, sanctos declarare, iuxta, c. audiuimus, de reliquijs & venera. sanct. & ea quæ tradit Troylus Maluiti⁹ in tract. de ca nonizatione sanct.) eos in sanctorum catalogū in serere; vt Valentina ciuitas, regnumq; vbi nati sunt, exultet gaudio, & tam proborum filiorum memoriam, autoritate apostolica in æternum ce lebret, simulque de efficaci corum patrocinio lætetur.

* Solum autem illud de retenta nobilitate per monachum. (quod aliquibus in dubium vertitur) erit ad eorum honorem differendum. Licet enim vulgaris illa, & nota omnibus glos. in verb. inge nuus, non est. in, c. i. de purgatione cano. dicat, q; per monachatum amittat quis nobilitatē: non tam men sic indistincte vera est. Nam quamuis inter ipsos met monachos nobilitas hæc, non sit admo dū cōsideranda, ex s. Hiero. ad Cellantiā, dicens; nul li te vnquam de generis nobilitate præponas, & iterū ibi, nescit religio nostra personas accipere;

Dd. & hoc

& hoc sentit gloss. verb. absque personarum delectu. in. c. final. de statu monacho. item licet receptum sit, quod per monachatum quis amittat ius ad temporales administrationes, & ad regias, & nobiles dignitates; puta ad regnum ducatum, marchionatum, comitatum, & episcopatum, gloss. verb. regia dignitate. in c. scripsit. 27. quæst. 2. Restaurus Castaldus in tract. de imperatore, quæst. 80. ex nu. 6. tamen naturalem illum, & nobilem sanguinem ex genere prouenientem, nō amittit Monachus per ingressum monasterij, vt fuit a Rota romana conclusum teste Ludouico Romano singular. 37. Nam iura sanguinis immutabilia sunt. I. ius autem agnationis, ff. de pactis. & I. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Et facit quod cūm ingressio monasterij sit quid fauorabile, c. 2. de apostatis, intrat regula, quod id quod fauore quorundam constitutum est, non est ad eorum læsionem extendendum. I. quod fauore. C. de legibus, cūm ergo ingressus monasterij ab antecedentibus (si quas habuerint) maculis, mūdet monachos; vt dixit Imperator, in auth. de monachis, in prin. & gl. verb. nationis in. c. cum deputati. de iudicijs: quo modo dicēdum est, quod per eum actum sanguinis nobilitatem perdant: videndi super hoc Benedictus in d. c. Raynuntius. verb. & vxorem, ante decis. nu. 20. & seqq. Rebus in tract. nomination. quæst. 12. nu. 31. & Tiraquell. in tract. denobilit. c. 26.

108 * Vnde vel ex hoc erunt domini monachi venetiani-

randi. Imo non solum illi, qui sanguinis nobilitatem habent, sed omnes indistincte. Nē dum impertinens nobilium indagatio fieret, & non nobilium; aliqua electo generi elationis occasio tribuitur. Sed sicut Abraham non fuit scrutator circa refugientes ad se, & ideo cum omnes receperit, recepit & angelos; c. quiescamus. 42. dist. ita etiam fideles Christiani indistincte omnes monachos honorare debent: ne forsan honore priuēt illum, qui Deo acceptissimus, & dilectissimus est. quae est vera nobilitas, ut omnes qui de nobilitate scriperunt, vnanimiter concludunt.

* Vnum tamen cogor nō omittere, ne diminutus tractatus videatur, & vellem (prout mēs mea est) citrā iniuriam accipi. Est autem illud quod licet omnes clerici, & sacerdotes, tam seculares, quam regulares summò sint prosequendi honore: maior tamen secularibus, quam regularibus debetur reuerentia. Excepto namque abbatे, dignior est & honorabilior quilibet clericus, quilibet monacho, vt dixit gloss. verb. Abbas in c. a subdiacono. 97. dist. Imo si canonici collegialiter procedant, honorabiliorē habent locum, quā abbas, vt aduertit Petrus Caleffatus (quem superioribus annis pīsis salutauit) in tracta, de cuestri dignitate, nu. 98. & seq. Ex quo dicit glossa, verb. faciliūs, in. c, qualiter & quando. 10. 2. de accusationibus, quod clericorum cætus dignior est, quam monachorum. Sentit Imperator in nouella, tit. si monachus clericatus honorem meruerit, &

tradit Ioannes Andreas in. c. delictum. num. ii.
de regulis iuris, in. 6. & hoc etiam sentire visus
est beatus Pater Augustinus, habetur in. c. legi
epistolā. 16. quæst. 1. ibi, Cūm ex ijs, qui in mo-
nasterio permanent, non tamen nisi probatio-
res, atque meliores in clerum assumere valeamus.
Et Sanctus Hieronymus ad Rusticum monachū
dicebat, Sic viue in monasterio, vt clericus esse
merearis. c. sic viue. 16. quæst. 1. tangit Ioannes
Montaignus, in tract. de autoritate magni con-
silij, nu. 14. & 84.

* Vnde colligitur, quod licet nostris temporib-
us, (cūm & monachi sacris initientur, & sacerdo-
tes fiant,) liceat clericis ad monasteria transire, ra-
tione securioris contemplationis, iuxta Toletanū
Cōcil. 4, in can. 49, & habetur, 19. quæst. 1. c. 1. ta-
men per supra adducta, euidenter depræhendi-
tur institutionem clericorū priorem esse, & anti-
quiore, quam monachorū, vt tangit Chasse, in. d.
catal. part. 4. cōsider. 51. Et allegando patronem
meū doctissimū, & sanctissimū Dionysium, Rabanū,
S. Thom. & Petr. Soto, tradit Salerni archiepisco-
pus Marcus Anto. Marsilius in tract. de ecclesi-
stic. reddit. c. 17. nu. 2. ex hoc inferens, tum loco, tū
alijs rebus honorabiliores esse clericos seculares,
quam regulares, tangit Felinus in rubr. de maio-
rit. & obediē. nu. 5, & in loco synodi cōsiderat. Hē-
ricus Bottei, in tract. de synodo episco. part. 3. nu.
29. & in processionibus publicis, inuiolabilis con-
suetud.

Sacerdotum excellentijs. Pars. iij. ij

suetudo obseruat, vt vltimo, tanquam digniori loco, clerci seculares incedant.

§. 16. Commendat, vt curam habeant Reipublice presides quatenus populus honoret sacerdotes, cum inter alia dignitatem habeant, nobiles sint & egregiae personae.

• Quamvis autem iudicis officio implorato, maior indignitate preferendus sit, minorque maiori cedere debeat, l. 1. & 2. ff. de albo scribendo, l. 1. & 2. vt dignitatum ordo seruetur, libr. 12. C. & c. 1. & per totum, de maioritate, & obedien. Cap. picius, decif. 27. nu. 23. & Tiraqu. de nobili. c. 20. ex nu. 51. cum verò non omnia quæ licent, expediant clericis, c. aliud. ii. quæst. 1. & 1. ad corin. c. 6. idè reipublicæ patres, & iudices tam ecclesiastici, quam seculares, curare debent, clericorum, & sacerdotum honorem, & reverentiam conservare; vt confidit Trident. Concil. sess. 25. de reformat. c. 20. Nec expectare debent iudices, vt hoc clerici, & sacerdotes petant; dicendo, quod iudex petitus, interponit officium, l. dies §. hoc autem. ff. de damno infecto. l. final, ibi, litigatoribus admonentibus. C. ut intra certum tempus. & c. 71. in foris Valent, de anno. 1564. ibi, Requesta de les parts: nam ubi vertitur publica utilitas, non debet iudex expectare petitionem partis, vt allegando iura, aduertit Scrinus, in regula, 245. incipit, iudex petitus. Versus primo fallit, Hæc autem publica utilitas, in con-

Dd ser.

seruandis sacerdotibus, & eorum honoribus, probant supra adducta, maxime. c. ius publicum. ibi, in sacerdotibus, dist. 1. & l. 1. §. huius studij. de iustitia & iure.

* Si enim hoc expectent iudices, vt sacerdotes, implorato officio, exhibitionem honoris, & reuerentiae petant: peribit omnino tacite, eorum honor, cum sacerdotum humilis vita, (non vilis & abiecta, sed excellens & vere christiana.) doceat eos, non ambire honores, primos recubitus in causa, primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Matthei,

c. 22. Vnde sicut dici solet, quod dies interpellat pro homine, l. magnam. C. de contrahenda stipulat, Gabriel, in. lib. 3. conclus. tit. de solutionib. conclus. s. ita etiam in simili dicendum est, quod pro honore, dignitate, & excellentia clericorum & sacerdotum apud iudices interpellent: sacræ scripturæ autoritates, canonum statuta, & doctorum sententiæ, de quibus suprafacta est mentio. Ipsi enim sacerdotibus sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis.

* Deficerent autem cum tempore ipso, papyrus & calamus; si singula, quæ ad sacerdotij excellentiam pertinent, essent exprimenda, nam sacerdotium, non solum est dignitas, c. denique sacerdotes. ibi, Quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, distin. 4. & c. reperiuntur. ibi, Sacerdotij dignitatem, 1. quæst. 1. & ita intellige 1. si quis in eō scri-

scribendo, ibi, dignitatis vel etiam sacerdotij. C. 29
de pactis, ut ibi declarat glo. verb. dignitatis, &
Iason, in nu. 10, in fin. Sed etiam est excellens di-
gnitas & in perpetuum, ecclesiast. c. 45, in fin. Vn
de allegando Innocentium, & Felinum, in. c. cum
te, de re iudicata, dicebat Marsilis in rub. de fide
iussor. nu. 125. Quod ordinatus ad clericatum, non
est amplius infamis; licet antea infamia laboraret.

* Et per. l. 2. C. ut nemo priuatus. obseruat
Ioan. Andr. in. c. sine culpa. nu. 16. de regu. iuris,
in. 6. quod clericus, ex clericatu nobilitatem ha-
beat. & per. c. de famulis, de seruis non ordinant-
dis, idem colligit Marsilis, in tract. bannitor. verb.
nobilitissima. nu. 7. tradunt Anto. Franciscus. ad
Abbatem, in. c. ad aures, nu. 2. de rescriptis, in ad-
dit. incip. circa istam nobilitatem, in vers. & adde
quod. Et Bonus de Curtili de nobilit. part. 3. nu.
220. & seqq. & in dignitate, & honore esse cleri-
cos, & inter plebeios non esse numerados; tradit
Tiraquell. de nobilitate. c. 9.

* Quid quod egregia persona dicitur Sacerdos, 115
& ideo quod priuilegio gaudeat, ne cogatur
venire ad curiam, sed quod ad eius domum miti-
tatur pro ferendo testimonio, iuxta. l. ad perso-
nas egregias. ff. de iure iurando, obseruat Specu-
lator, tit. de teste. §. 4. nu. 5, vers. quid de presby-
tero, Iason, in. d.l. ad personas egregias. nu. 8. in
fin. & Menoch. de arbitrijs. lib. 2. casu. 70. nu. 11.

* Ex quibus faciliter intelligent laici, quomodo 116
erga sacerdotes se debeant habere, & omni eos

genere honoris afficere, vt suprā ex S. Clemente Papa dicebam, & in terminis tetigit Ioan. Hugo in tract. de officio quatuor praelatorum, part. 4. in vers. de laicis erga Sacerdotes, & in vers. seq. de sacerdotij reuerentia. Nā vt expressē dixit specul. tit. de rescripti præsenta. §. 9. nu. 2. maxim⁹ laicus, minor est, minimo clero. Quædam enim ex sacramento ordinis, hominibus potestas traditur, qua sit, vt cæteris sint multo eminentiores, vt expressē dixit, Concil. Valēt, sub Ayala, sess. 2. C. 32.

§. 17. Sacerdotes a secularibus abstinere, & doctrinis & exemplis eos honorandos esse, demonstrat.

¶ Dicunt modo seculares tantam clericorū & sacerdotum dignitatem, & excellentiam, honore, & venerari. Intelligatq; principes, & potentiores seculi, quam abominabile sit, & quot absurdia producat clericos & sacerdotes à diuino cultu abstrahere; & eos secularibus deputare officijs, & administrationibus. Non enim congruit sacerdotis officio, vt in palatio magis certet, quā in ecclesia, ex. S. Ambros. c. conuenior. §. vñā. 23. quæst. 8. Nā ad imperatores palatia pertinet, ecclesiæ autem ad sacerdotes. Conradus Brunus de hæreticis. l. 3. c. 8. nu. 12. Hinc apud decretales, integra rubrica est, ne clerici vel monachis secularibus negotijs se immisceant. Habetur etiam in c. final. 86. dist. c. 1. & per tot. 21. quæst. 3. vidēdi laison, in rub. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. ex nu. 6. Rebusus in cōcord. galliæ, rub. de

de collationib. §. 1. glos. verb. Metropolitana,
 vers. & nullus episcopus. Montaignus de auto-
 ritat. magni consilij. nu. 45. Chasseneus, in. d. ca-
 talogo. part. 4. consid. 2. vers. sed heu. & Benedi-
 ctus in. d. c. Raynuntius, verb. & vxorem. decis.
 2. nu. 135. qui agunt de isto incommodo, quod mi-
 nistri ecclesiæ delegationibus principum secula-
 rium intendant, & seculares administrationes tra-
 ctent. Nemo enim militans Deo, implicat se nego-
 tijs secularibus, 2. ad Timo. c. 2. & c. sed' nec pro-
 curationes, ne clerici vel monachi, cum ibi nota-
 tis. Et ideo cūm nemo potest duobus dominis ser-
 uire, aut enim vnum odio habebit, & alterū dili-
 get, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet,
 Matthe. c. 6. laudabilius rex Petrus. 2. in priui-
 legio, 70. prohibuisset, ne commissiones clericis
 fierent, si ex eo moueretur: vt clericos à diuinis
 officijs non remoueret. Nā quomodo quæso mi-
 nistri Dei, secularibus administrationibus inten-
 dere poterunt: nisi orationem sine intermissione,
 & psalterium (quod nūquam de manu eorū exi-
 re debet, iuxta, c. nunquā, de conse. dist. 5. & glo.
 verb. non exerceant, in. c. clericis officijs, de vita,
 & honest. cler.) prætermittant?

* Vnde cūm mittentes manum ad aratum, &
 respiciētes retrō, non sint apti regno Dei, Luc. c. 9.
 c. magnæ. deuoto: curādum omnino est; ne ecclæ
 siæ cōmissam residentiam derelinquant. tit. de cle-
 ricis non residentibus. Conc. Trid. sess. c. de re-
 formatio, c. 1. & 2. & sess. 23. de reformatio. c. 1.

Ee viden

videndi Rebussus in praxi beneficiariā part. 2. tit.
 dispensatio de non residendo, nu. 7. & 8. & Soto,
 de iust. & iure, lib. 10. quæst. 3. art. 1. & seq. Vehementer enim dolendum est, ut terrena cœlestib⁹,
 ac diuinis humana præferentes, in diuersis curijs
 vagentur, vt dicit Trid. Conc. d. sess. 6. & c. 1. in
 vers. ac nihilominus. Hoc enim de honestare ecclæsiasticum ordinem, satis aperit idem Cōc. Tri.
 in sess. 25. de reform. c. 17. dicens, Non potest san
 cta synodus non grauiter dolere, audiens episcopos
 aliquos sui status oblitos, pontificiam digni
 tatem non leuiter de honestare, qui cū regū mis
 tris regulis, & baronibus in ecclesia & extra,
 in decenti quadam demissione se gerunt, & veluti
 inferiores ministri altaris, nimis indignè non so
 lum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inser
 uiunt.

* Quod si hæc, quæ aliquem honoris mundani colorem habere videntur, tam indigna sunt sacerdotibus, propter status dignitatem, quid dicē
 dum de illis, qui ventris causa, se laicis, ac delicatis
 fœminis in capellanos, atq; ante ambulones venditantes de quibus Felinus in rub. de maioritat. &
 obedien. nu. 5. & Ioan. Montaignus, vbi supra,
 nu. 44. nisi quod ex autoritate S. Hieron. coloniense concilium, anni, 1336. part. 2. c. 27. dixit, vide
 licet, proh nefas. Sunt etiam aliqui laici, quod cū lachrymis dicendum est, qui de presbyteris co
 quos faciunt, & stabularios, ut post alios tetigit
 Chasseneus, in. d. considera. 2. vers. Sed heu quid
 dicens

dicendum de nobilibus? Contra quos efficaciūs
Cypriani dictum ad clerūm & plebem furnitano-
rum, procedet dicēs, Neque apud altare Dei me
retur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari
sacerdotes, & ministros voluit auocare, habetur
in c. final, 88. distin.

* Nullā autem principibus arrogantiæ occa- 120
sionē, vt clericos & sacerdotes despiciāt, præbeat,
locus ille Petri apost. in epistola, i. c. 2. ibi, Sub
iecti estote omni humanæ creature, siue regi quasi
præcellenti, &c. Sciendum namque est, quod per
dictam autoritatem beatus apostolus, & ecclesiæ
princeps, humilitatem potius indixit sacerdotib⁹,
quam subiectionis vinculum. Alias enim, & vilissi-
mus seruus imperium haberet in sacerdotes, cūm
dicat, omni humanæ creaturæ, quod tam absur-
dum est, vt alia refutatione non indigeat. Quādō
magis, quod non sine mysterio adiecta fuit a bea-
to Petro dictio illa, Quasi, quæ sæpius improprie-
tatem denotat, vt in dictione tanquam, in termi-
nis considerat pontifex in. c. Solite de maiorita-
te & obedientia. Denique nō esse subditos sacer-
dotes, principibus secularibus, probat illa com-
munis resolutio, q̄ non dicātur crimen lesæ ma-
iestatis committere in secularem. Diaz in pract.
cano. c. no. & Iulius Clarus in lib. 5. senten. 5. le-
sæ maiestatis crimen. nu. 7.

* Illud enim apud catholicos certissimum est, 121
boni principis munus, & officium esse, sacerdo-
tes Dei honorare, atque tueri, vt dixit S. Marcel

lus papa, habetur in. c. final. 96. dist. & Innocent. in. c. solite. §. hæc autem, de maior. & obedi en. vt dictis, & factis cōprobat dñs Rex noster Philip-
pus. : quē nobis Deus per multos annos seruat in columē, ad ecclesiæ catholicæ defensionē, & hæ-
reticorū perfidiā impugnandā. Iustinian⁹ præte-
rea imperator, vt debitū honorē redderet, iuxta
l. nos reddentes. C. de sacro sanct. eccl. sacerdotiū
primo loco, & imperiū secūdo loco nominat, in
auth. quomodo oporteat episcopos, in princ. Et
in auth. habita. C. ne filius pro patre, prius epis-
copos, & abbates, quā duces, & regni proceres no-
minat, vt eorū ad istos excellentia, vel ex ordine
litteræ cōstet. l. 1. ff. de albo scribēdo, ibi, vt scribā-
tur eo ordine, quo quisq; eorū, maximo honore
in municipio functus est. Et in terminis hūc ordi-
nē seruat Cōci, Trid. sess. 15, in saluo cōductu pro
testātibus dato, in princ. ibi, Et singulis sacerdoti-
bus, electorib⁹, principibus, ducibus. &c.

112 * Hinc etiam inclytum Valentianum impe-
ratorem sufraganeis Mediolanensis ecclesiæ di-
xisse fertur, talem in pontificali sede constituere
procuretis, cui & nos qui gubernamus imperiū,
syncerē nostra capita submittam⁹. Habetur in. c.
nouit. vers. non igitur de iudicijs. & in. c. Valen-
tinianus, 63. dist. vbi gloss. final. illud obseruat, q
ministrante Episcopo, Imperator facit officium
Subdiaconi, & his præteritis annis in coronatio-
ne inuictissimi nostri imperatoris Caroli, quinti
maximi, Summo Pontifice Clemēte, 7. celebrāte,
ipſe

ipse Imperator Diaconi officium ministrauit. Declarant Speculator, in tit. de legato. §. 6. nu. 41. & in rationali, libr. 2. c. 8. nu. 6. & Bald. in rubr. 1. C. nu. 5. vbi tradunt quem ordine habeat Imperator.

* Non est autem prætermittenda ad supradicta, celebris illa actio, qua Goticus Sisenandus Rex, humilē habendā sacerdotibus reuerentiam, facto proprio, omnibus principib⁹, & maximē hispanis, exemplū relinquens, cōprobauit. Quippe dū in basilica sancte martyris Leocadiæ, patres esset cōgregati, pro incohando 4. Tolet. concilio, ecce, quod cum magnificentissimis, & nobilissimis vi-
ris ingressus rex, coram sacerdotibus Dei, humili prostratus, cum lachrymis, & gemitibus, pro se interueniendum Domino, postulauit, ut expre-
sè legitur in initio dicti concilij. Deniq; principes catholici, se genibus sacerdotum submittunt, & osculata eorum dextera, se credunt muniri, facit c. nunquam. 96. dist. & tetigit Restaurus Castal-
d⁹ in tract. de imperatore. quæst. 78. nu. 5. & 6.

* Et non solū supra adducta christianorū prin-
cipum dicta, factaque laudabilia, debent mouere ceteros mundi homines, ad honorandum sacer-
dotes; verum etiam omittētum facere, tum in ter-
ra, tum in cælo grauissimam accusabunt culpam,
pagani principes, Deū verū nescientes; qui Deos
ligneos & lapideos colebant, & eorū tamē sacer-
dotibus honorē maximū tribuebant, ut ad Mauri-
cium imperatorem scripsit, S. Grego, habetur in

Ecc. i. c. Sa.

c. sacerdotibus. 11. q. 1. tangunt Clichtho, ubi supr.
c. 1. & 3. Chasseneus in consuetu, burgund, rub.
1. §. 4. in princ. nu. 31. Ioan Lopez de Palacios, in
tract. de liberta, ecclesiast. part. 1. quæst. 2. nu. 1. &
Marsilius in tract. de ecclesiast. reddit. c. 17.

* Ut autem vulgares homines, latinæ linguae
125 ignari (quibus etiam debitorem se dixit apost. ad Rom. c. 1.) lectionem etiam habeant, quæ ip-
sis clericorum & sacerdotum honorem & reue-
rentiam commendet; hanc prouinciam hispani-
æ sermone suscepérunt Frater Alfonsus Orofco,
in epistolario christiano, epistola. 4. Alfonsus
Villegas, in vitiis Sanctorum, part. 2. tit. de Iu-
da Machabeo, c. 6. & Petrus Sanchis in libro cui
titulus, arbol de consideracion, consideratione, c.
c. 32. vers. una sin razon, vsque ad. c. 35. ad quos
remittendi illi erunt, ut debitam sacerdotibus re-
uerentiam, persoluant.

¶. 18. Laicos sacerdotum sedes in choro occupantes, notat; offen-
sam in sacerdotes agrauat, & pœnas ex iure canonico,
ciuili romano, & regio valentino insinuat.

* Opportuné autem, sequens facienda est con-
sideratio, quod si, à dicto Matiscensi concilio, &
alibi passim iustissimè contra eos, qui clericos nō
honorant, pœnælatæ sunt, & sanctitæ: quanto ma-
iori cōsideratione, pœnæ grauiores, acerbioresque
infigidæ erunt illis, qui eosdem clericos, & sa-
cerdotes, non solum, non honorant; sed verbis,
& factis iniuria afficiunt? Sicut enim melius est fa-
cere bonum, quam recedere à malo: psalm. 33.
ibi,

ibi, diuerte à malo, & fac bonum, nam nisi fiat q̄
 bonum est, à malo abstinere non sufficit, clem. cu
 pientes, s. & quia, vbi gloss. verb. nō sufficit, de
 poenis, Bart. in. l. in illa stipulatione, la. 2. ff. de
 verbo. obliga. & Tiraquel, de pénis temper. cau
 sa, 44. ex nu. 55: ita etiam a contrario, maius & gra
 uius erit commissionis, quam omissionis delictū:
 vt idem operetur propositum in proposito, quod
 operatur oppositum in opposito, iuxta philoso
 phicum textū, quem ita ibi sumat Bart. in. l. final.
 s. fin. ff. de lega. 3. Iason, in. s. si quis agens, vers.
 plus autem, nu. 4. inst. de action. Euerardus in lo
 cis legalibus, in loco à contrarijs. nu. 8. & Tiraqu.
 vbi supra. nu. 58. Et quibd commissio grauior sit,
 quam omissione, bene probat text. in. c. ad falsario
 rum, ibi, Malitia grauius quam negligentia pu
 niatur, de crimi. falsi, gloss. verb. ne facto. in. l. si
 mora. ff. soluto matri. & expressius glos. verb. ce
 dē admisissent, in l. lege Cornelia. ff. ad Syllani.
 Iason in. d. l. si mora. nu. 22. vers. in eadem glosa,
 Cagnolus in. l. contractus, nu. 66. in fin. cum seq.
 ff. de regulis iuris, & Tiraquell. d. causa. 44. nu.
 24. & seqq. & nu. 59. & seqq.

Hinc aliquorum secularium cautiūs est arguē- 127
 da temeritas, qui nedum per itinera, plateas, &
 vicos. nō honorāt clericos, verum in ecclesia, etiā
 dū diuina peraguntur, clericorum & sacerdotū
 sedes chori, occupare præsumunt, contra anti
 quam Turonensis concilij. 2. in. c. 4. ordinationē,
 fortificatam, in. c. 1. de vita & honest. cleric. vi-

dendum Concil. Brachar. i. in can. 31. & tradit
gloss. verb. concessam. in. 1. nemo apostolorum.
C. de episco. & cleri. Nam in Constantin. Conc. 6.
20 can. 69. omnis laicus, excepto Cesare, à choro est
interdictus. Et horum canonum vestigia sequēs,
Valentina sub Ayala synodus, actione. 1. c. 16. sta-
tuit, ne laici in choro inter presbyteros sedeant,
aut eorum sedilia occupent. In hoc enim etiam sa-
cerdotum honorem consistere, satis aperuit. San-
ctus Clemens papa, dicendo, Sacerdotum, alioz
rumque clericorum ecclesijs seruētium honores,
á laicorum loco, discrete apparere conuenit; quā-
obrem nulli laicorum licet, in eo loco, ubi sacer-
dotes, & reliqui clericī consistunt, (quod presby-
terium nuncupatur) quando missa celebratur, cō-
sistere; ut libere, ac honorifice possint sacra offi-
cija exerceri. c. sacerdotum, de conse. dist. 2. Qui-
nimo multis honestis laicis, scandali materia est,
videre laicum, sedem in choro occupantem; & sa-
cerdotem Dei stantem, vel sedentem in terra.

28 * Congrua ergo tanto curando malo videretur
medicina, si talis laicus sedē sacerdotis occupās,
ab ea expulsus, ultimum laicorum locum cogatur
habere, iuxta illud Lucæ, c. 10. ibi, Et tunc cū ru-
bore nouissimum locum tenebit. Et in. 6. Consta-
tinopolitana synodo in. c. 7. habetur, quod dia-
20 conus, presbyteri locum occupans, ea pena affi-
ciatur, ut electus, ultimus omnium fiat, in ordine
suo. c. fin. 93. dist. 8. in simili tradūt Roman. in fin-
gul. 394. & ibi additio. Gerardus in singu. 33. nu.
6. Chaff..

6. & Chassen. d. catalogo, part. i. consid. 39.

* Quid præterea erit dicendū, quando impias,
 & sacrilegas laici manus in clericos, & sacerdo-
 tes iniiciuntur & suadente diabolo, tantū sacrilegij
 reatum incurrontur? Grauitatem autem huius ex-
 cessus, in eo voluit pontifex ostendere, quod ex-
 communicatio, & anathema ex eo facto incursa: à
 nullo, excepto Romano Pontifice, absoluatur. c.
 si quis suadente. 17. quæst. 4. Et quia Deo fauente,
 intentio est de hoc priuilegio canonis, & alijs par-
 ticularibus clericorum priuilegijs, quæ iustū exis-
 gent volumen, posteā agere; idēc hic ut grauitatē
 dictæ offendæ ostendam, alia erunt excogitanda.

* Si enim illa loca, quæ saluamguardiam à secu-
 lari principe habent, illæsa conseruanda sunt, se-
 curaque debent esse, vt in nostra ciuitate Valen-
 tina, hospitale generale pauperum, iuxta priuile-
 gium, 37. Ferdinandi, 2. dom⁹ dicta de les repene-
 dides, ex priuilegio, 25. eiusdem: longia noua, ex
 priuilegio, 24. eiusdem: domus seu campus pan-
 norum, ex priuilegio, 10. eiusdem: almudinum,
 gradus maris, & carniceriæ, ex priuilegio, 14. eius-
 dem Ferdinandi, 2. Bestiaria, & cabaneq; pasto-
 rum, iuxta priuilegiū, 41. Petri, 2. & Domus pu-
 blica meretricum, ex priuilegio, 7. Ioannis regis,
 2. ideoq; grauiter puniantur dictam saluamguar-
 dia infringentes, vt in terminis iuris communis
 obseruant Chasseneus in consuet. burgun. rub. 1.
 ante, §. §. vers. es droits. nu. 44. & seqq. & Meno-
 chi, de arbitrarjjs, lib. 2. casu, 338. à fortiori profe-
 eto,

cto, (vt arguere liceat à personis ad locum, vel à
loco ad personas, ex traditis per Euerardum in
locis legalibus, in loco, 81. & iterum in loco, 91.)
securi magis, & illæsi custodiendi sunt domini cle-
ri, & sacerdotes qui saluum conductum habent
à Domino Deo, & regum rege dicente⁹, Nolite
tangere Christos meos; cum alijs supra adductis
ex sacra scriptura. Vnde bene sequitur, quod qui
eos percusserit, aut iniuria afecerit, grauiter sit pu-
niendus, vt concludit Triburien, Concil. in. c.
20. & tangit Clichthoueus ubi sup. c. 4. per tot.

131 * Deinde sicut grauiter puniendi sunt, qui san-
ctorum imagines, maximè verò domini nostri le-
su Christi, debita reverentia non tractant, sed po-
tiùs impijs manibus spurcant, & fedant; c. si cano-
nici. §. ceterum, de officio ordinarij, in. 6. Chasse,
d. vers. es droits, num. 60. Marsilis in pract. §. &
quia. nu. 25. Iulius Clarus in pract. §. fin. quæst.
68. nu. 19. Menoch. d. lib. 2. casu. 376, & Septima-
censis de catholicis institut. c. 33. ex nu. 4. ita etiam
seuerissimè puniendi sunt, qui dominos sacerdo-
tes impiè offendunt, quia Iesum Christum Domi-
num repræsentant. Facit bonus text. septimæ sy-
nodi apud Gratianum, 21. quæst. 4. c. 1. ibi, Non
solum imaginarias picturas abominati sunt, sed
etiam omnem reverentiam repulerunt, eos qui re-
ligiosè ac piè viuunt offendentes. Et expresse &
in terminis Alexander, 1. papa, in fine epistolæ, :
dicebat, Dominum crucifigunt, qui eū in sacerdo-
tibus suis persequuntur, & habetur in, c. nulli du-
biūm

biū, in fin. 3. quæst. 1. & ita obseruat glos. in verb.
 calcata reuerentia, in extrauag. dierum, §. nos igi
 tur, de pænis, in extrauag. 10an. 22. facit c. habet
 hoc proprium in fin. 2. quæst. 1. & c. omnis qui
 gemebat. 7. quæst. 1. ibi, Non eos tantum perse,,
 quuntur, quantum dominum nostru Iesum Chri-,,
 stum, Huc expectat locus Matthei, in. c. 10. ibi,
 Qui recipit vos, me recipit. & Lucæ. c. 10. ibi, Qui ,,
 vos spernit, me spernit. c. in nouo. 21. dist. & ideo ,,
 Dominus per Zachariam, in. c. 2. dicebat, Qui ,,
 vos tangit, tangit pupillam oculi mei. c. accula-,,
 tio. lo. 1. §. vnde, 2. quæst. 7. videndus, S. Clemēs
 Papa lib. 2. apostol. constit. c. 32. ibi, Neque enim
 admurmuratio in eum fiet, sed in Deū. & S. Ana-,,
 cletus papa, in epistola. 2. expreſſis dixit verbis,
 ille proculdubio scandalizatur in Deum, qui eius,,
 scandalizat episcopum, vel Sacerdotem. quod,,
 posteā dixit Damafus papa in epistola. 3. ad Ste-
 phanum. Videndi. S. Anto. in summ. part. 3. tit.
 14. c. 7. §. 3. vers. representat. Brunus de hæreticis,
 lib. 2. c. 4. nu. 4. & lib. 3. c. 9. nu. 5. Gambarus in
 tract. de officio legati de latere in exordio, nu. 3.
 & Gigas in tract. de crimine Iesæ maiestatis, lib.
 1. quæst. 15. num. 1. Qui tradunt qualiter sacerdos
 repræſentet Iesum.

* Ideoque videretur dicendum, quod crimen
 Iesæ maiestatis incurrat ille, qui offendit sacer-
 dotem Dñi, vt videtur sentire S. Pontianus papa,
 in epistola. 1. Nā sicut offendens consiliarios prin-
 cipis, quia quodammodo pars corporis ei⁹ sunt,

Ff 2 crimen

crimen lesæ maiestatis incurrit. l. quisquis. & ibi
 dd. C. ad legem Iul. Maiestat. ita etiam sacerdo-
 tē offendens, idem videretur crimen committere.
 nam qui illum tangit, tangit pupillam oculi Dei,
 Zacha. c. 2. & d. §. vnde. Et hoc cōsiderat S. Ana-
 cletus papa in epistol. 2. & S. Alexander papa in
 epistola. 1. ibi, Nam si modo quisquam principis
 secularis oculos laceraret, aut amoueret, esset reus
 criminis maiestatis, an non? si pro seculi potesta-
 tibus talia ab hominibus sunt, quid pro his fieri
 putatis, de quibus Dominus ait, qui vos tāgit, tā-
 git pupillam oculi mei? Præterea cūm validū sit
 in iure argumentū à coniunctione duarū legū, l.
 gallus. §. ille casus, ibi, Duobus quasi capitibus;
 ff. de liberis & posth. Euerardus in locis legali-
 bus, in loco. 28. hoc idem quod offendens sacer-
 dotem, videatur crimē lesæ maiestatis cōmittere,
 videtur probare, d. l. quisquis. iuncta, c. Cōstan-
 tinus. lo. 2. in. §. beato. 96. dist. nam per dictā. l.
 quisquis. constat, quod Senatorē principis offendens,
 reus est criminis lesæ maiestatis; clericos au-
 tem & sacerdotes ius senatorum habere constat,
 ex Iustiniano imperatore, in. d. §. beato, ibi, Vi-
 ris autem reuerendissimis clericis, in diuersis
 ordinibus eidē sacrosancte romanæ ecclesiæ ser-
 uientibus, illud culmen, singularitate, potētia, &
 præcellētia habere sancimus, cuius amplissimus
 noster senatus videtur gloria adornari, id est pa-
 tricos atque consules effici, nec non cæteris di-
 gnitatibus imperialibus eos promulgamus de-
 cora-

corari, ergo. &c. Preterea & hanc cōsiderationē iū
uare videtur, q̄ Saulusadhc spirans minarum,
& cādis in discipulos Domini, eiusdē Iesu Chri-
sti vocem audiuit, propriam ipsius reputando di-
scipulorum iniuriam dicendo, Saule, Saule, quid „
me persequeris? vt habetur in actis apostolorū,
c. 9. Et dato quod superiori dicto obstarere videa-
mus bonifacij.8. constitutionem, in. c. felicis, de
pœnis. in. 6. declarantem crimen lēsæ maiestatis,
quādo offensa fit Cardinali, S. R. E. & tradit Gi-
gas in tract. de crimine lēsæ maiestatis. lib. i. quest.
5. Posset tamen dici, quod offendēs Cardinalem,
vel ex officio, vel ex particulari odio, pœnam in-
currat criminis lēsæ maiestatis, per. d. c. felicis: at
verb offendens clericum nō ex priuato odio, sed
vt clericum, & sacra mysteria agentem, (vt luthes-
rani faciunt) etiam lēsæ maiestatis crimen incur-
rat. Cūm specialiori modo eo casu & tempore, sa-
cerdos dominum Iesum representet, vt probat su-
pra adducta, iuncto. 5. sed si libero. inst. de iniu-
rijs, ibi, Nisi in contumeliā tuā pulsatus sit, &. l. si „
quis in hoc genus. C. de episc. & cler. & ibi, authē-
tica, sed nouo. vers. sed si sacra.

* Quidquid tamen circa prædictum iuris articu-
lum sit, nam in eo pedes firmare impedit, d. c. feli-
cis. in. 5. præmissis. de pœnis. & clem. 1. eod. tit.
vbi offendores episcoporū, licet grauiter excedat,
pœnā criminis lēsæ maiestatis nō incurrit; indu-
bitatū tamē est, magnā esse in clericos, & sacerdo-
tes cōmissam offendā magnaq; animaduersione

p. 2 dignam, ut pro mensura peccati sit, & plagarum modus. Deuteron. c. 25. &. l. sancimus. C. de pænis, cum alijs quæ de ratione imponendæ pœnæ, aduertit Couarr. lib. 2. resolu. c. 9. Augetur nāqz iniuriæ pœna, ex qualitate offendæ personæ, ut passim practici aduertunt. & inter alia probat, s. atrox. instit. de iniurijs. Sic enim grauitatem cōmissæ ab impijs contra christianos offendæ considerat S. August. in. c. vnum solum. 23 quæst. s. & sic qualitas offendæ à Christianis in sacerdotes est cōsideranda, ut sensit Oseas in. c. 5. ibi, Populus enim tuus, sicut ij. qui contradicunt sacerdoti. Dei enim accusat ordinationem, qui eos qui ab eo constituuntur sacerdotes accusat, vel damnari cupit, ex Telesphoro papa, c. sacerdotes. 6. quæst. i. Nam ecclesia Domini in sacerdotibus consistit, & crescit in templum Domini, ut dixit Pius papa 1. in epist. 2. ad italicos.

p. 3 Vnde beatus Cyprianus in epist. de Fortunato & Felicissimo, siue contra hæreticos, ad Cornelium Papam, dicebat, Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtoperatur. Hæc enim verba, licet principaliter de inobedientia erga summum pontificem intelligantur, & ad hoc allegat Brunus, de hæreticis, lib. 1. c. 5. nu. 29. Annyon in tract. de vnitate ouilis & pasto, c. 13. num. 12. & seqq. & Iacobatius in tract. de cōcilio, lib. 7. art. 1. nu. 84. quis tamen negabit, quod contemptus inferiorum sacerdotum, quædam sit præparatio

ratio ad contemnendum summum pontificem, &
e contra, ut sentit ibidem paulo post Cyprianus,
& tetigit Brunus ubi suprà, lib. 3. c. 9. nu. 5. & seq.
Maxima ergo erit huius antecedentis, contem-
ptus videlicet sacerdotum iniquitas, quæ tam no-
torium, & perniciosissimum producat, & gene-
ret cōsequēs. Hac enim radice amaritudinis exor-
ta, cōtaminatio fiet in ecclesia catholica, ut in simi-
li habetur, u. quæst. 4. c. 1.

* Ex ijs enim manifeste constat, quam grauis &
perniciosa sit, in clericos & sacerdotes offensa,
ut merito ad tantum scelus condigne statutæ pæ-
næ in vitroque foro, conscientiæ videlicet, & con-
tentioso passim legantur, c. de presbyterorum.
c. qui presbyterum. cum quatuor capitibus sequē-
tibus. 17. quæst. 4. videndum ad hoc concil. apud
villam Théodonis habitum, & concil. Triburiē.
in. c. 2. 4. & 5. Tangit synod. coloni. temporibus
Caroli. 3. in c. 3. Magūtiacen. synodus, tēpore Ar-
nulphi, in. c. 7. & 8. Neque prætermittendum est
Vormaciens. concil. in can. 26. dicendo, Qui sacer-
dotem morti voluntate tradiderit, carnem nō co-
medat, nec vinum bibere præsumat, iejunet au-
tem usque ad vesperā, exceptis festis diebus, atq;
dominicis; Arma non sumat, & vbi cunque ire vo-
luerit, nullo vehiculo deducatur, sed proprijs pe-
dibus proficiscatur: Ecclesiam per quinquennij
tempus non ingrediatur, sed cùm sacrarum ora-
tionum officia, aut missarum solemnia celebran-
tur, ante fores basilicæ perseveret orans, ac depre-
cans

cans Deum; ut tanto criminē abluatur. Post ex-
 pletum verò quinquennij tempus, ingrediatur ec-
 clesiam, nondum verò communicet, sed inter au-
 dientes tantummodo stet, vel dum facultas con-
 ceditur, sedeat. Et cùm decimi anni cursus fuerit
 finitus, communicandi ei licentia concedatur, &
 equitandi tribuatur medela; maneat autem in
 reliquis obseruationibus, tres dias per hebdoma-
 dam, ut perfectius ad culmen purificationis, per-
 uenire mereatur. Maguntinum verò Concilium
 sub Rabano, in, c. 24. Pœnitentiam duodecim an-
 norum statuit in eum qui presbyterum occiderit,
 vt habetur, in, c. 2; de pœnit. & remiss. Ex quo
 emendanda est palea, c. qui presbyterum, 17. q. 4.
 dum penitentiam viginti annorum à dicto concil-
 iio esse statutam, dicebat, & obseruant ad dictam
 paleam moderni decreti emendatores.

* Neque omiserunt catholicis seculares impera-
 tores, & principes, pœnas sancire in eos, qui ho-
 norandos clericos, & sacerdotes offendunt. Ar-
 chadius enim & Honorius simul imperatores, &
 fratres legem tulerunt in hunc modum. Si quis in
 hoc genus sacrilegij proruperit, ut in ecclesiæ ca-
 tholicæ irruens, sacerdotibus & ministris, vel ipsi
 cultui, locoq; aliquid importet iniurie: quod ge-
 ritur à prouinciaæ rectoribus animaduertatur, at-
 que ita prouinciaæ moderator sacerdotum, & ca-
 tholicæ ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius
 & diuini cultus iniuriam, capitali incōuictos, siue
 confessos reos sententiam nouerit vindicandam.

nec

Nec expectet, ut episcopus iniuriæ propriæ ultio
nem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriæ de-
reliquit. I. si quis in hoc, C. de episco, & cleri, &
ibi videnda est, authent, sed nouo iure.

* Extat præterea inter leges longobardorum
in tit. de homicidijs liberorum hominum. lex. 27.
dicens, Qui subdiaconum occiderit, 300. solidu-
componat, qui diaconum, 400. qui presbyterum,
600. qui episcopum, 900. qui monachum, 400. Et
quamvis ius longobardorum ius asinimum voce-
tur, nec sufficiat ipsum allegare ad decisiones cau-
sarū, ex traditis per Robert. Marantā, in disputa-
z. posita, in fin. tract. de ordine iudiciorum: nihil
ominus tamen cūm dicta lex longobarda, per ag-
lia iura fortificata sit, vim habet & robur, iuxta no-
tata in præfatiunculis legū longobardorū: quāto
magis, quod ex suprascriptione. d. l. 27. constat
illius conditorem fuisse imperatōrē Carolū, vt ita
nullum sit dubium de illius efficacia. Hoc solū ad
uertens solidos à. d. l. 27. nominatos, & equiparari
aureis, iuxta doctrinā glos. in verb. aureos. in. l. fi-
nal. ff. de in ius vocan. vbi Iason. nu. i. Vi ius in
cōmuni, opinio, vers. aure⁹ & solidus. & declarat
Cuar. in tract. numismatū, maxime in. c. 3. & 4.

* Ut autem ad regium nostrū valentinū ius ac-
cedam, Reperio Iacobum primū regem illum mi-
rabilem, (de cuius vita & factis librū scripsit Do-
minus Bernardinus Gomes Miedes, meritissim⁹
Albarrasīnē. episcop.) in lib. 3. fororum Valent.
in tit. de iurisdictione omnium iudicum, in. c. 38.

incip. tot hom. statuisse, quod laicus clericū vulnērās, efficiatur de foro ecclesiastico, ad notata in c. cūm sit generale, de foro competenti. vt ita caueas, à Gulielmo de Ludo tenente contrarium, in singul. 33 incip. lex allegatur.

139 * Præterea in volumine priuilegiorum huius ciuitatis Valentinæ, quoddam extat Regis Petri rescriptum, in extrauagāti, in ordine tituli, 23, fol. 241. col. 3. in quo talia habentur verba.

“ Statuimus quoq; & promitimus Deo, & vobis
 “ Raymundo Tarragonensi Archiepiscopo, & epis-
 “ copis regni nostri omnibus, quod non sustinea-
 “ mus, neque defendamus illos qui in clericos, vel
 “ religiosos viros manus violētas iniecerint, vel qui
 “ eos captos tenuerint, nec ab eis aliquem finē, vel
 “ compositionē faciamus, vel accipiamus, quoq; sp
 “ de sacrilegio commisso, & iniuria vobis, & ecclē-
 “ sijs, & personis quas lāserint, sit plenariē satisfa-
 “ ctum, & ab ecclesia sint absoluti romana. Idem di-
 “ cimus, & eandem pœnam imponimus, & modū
 “ pœnæ circa interfactores clericorum, & quia gra-
 “ uiūs peccant, addimus, vt satisfacto priūs de sacri-
 “ legio ecclesijs vel clericis, & episcopis, sine cōposi-
 “ tione, quam inde non accipiamus sicut est præmis-
 “ sum: pœnam quingentorum aureorū nobis pra-
 “ stare teneantur, pœna corporali eis à nobis nihil
 “ omīnus infligenda, nisi arbitrio episcopi ipsius lo-
 “ civi facinus fuerit comissum, fuerit remissa. Et
 “ quod feuda & beneficia, & alia omnia, quæ quo-
 “ cunque modo tenuerint, vel habuerint, ab ecclē-
 “ sijs

sijſ, libere & absolute iſpis eccleſijſ ad quas expe-
ctabunt, irreuocabiliter, perpetuo, & ſine reten-
tione aliqua acquirantur ipſo iure, nullo expeſta-
to iudicio, vel ſententia. Mandantes baiulis, & vi-
carij, & ſagionibus noſtris, quod hoc vobis &
eccleſij veſtris in pace tenere & poſſidere faciāt.
Hęc tamen omnia ſupradicta ita locum habeāt;
quod priuilegijs clericorum, veſtē eccleſiarum non
derogetur, li qua perſona eccleſiaſtica voluerit,
vel elegerit magis uti. Datis Illerden. 12. Kalend.
Aprilis, per manum Ferrarij Not. noſtri, anno
dominicæ incarnationis. 1210.

* Ut autem dicti regis Petri reſcriptum (effi-
caciūs) irreuocabile in perpetuum fieret, Gregor. 140
9. pontifex, ad ſupplicationem dicti Archiepisco-
pi, & aliorum epifcoporum, s. Kalend. Februa-
rij, pontificatus ſui, anno, 4, hiſ verbis cōſtrmauit.
Nos ergo fraternitatis veſtræ p̄ræcibus inclinati
quod ſuper hoc, eccleſiaſticarum personarum tu-
tela, & eccleſiaſticæ disciplinæ vigore, ab ipſo re-
ge pię, & prouide noſcitur conſtitutum, prout in
eisdem literis dicitur plenius contineri; autoritate
apostolica confirmamus. Quæ conſirmatio ha-
betur in d. volumine priuilegiorum Valentiae, in
extrauaganti. c. 24. fol. 242.

* Nec ſine mysterio addita eſt ſuperior illa di-
ctio (efficacius) cum etiam ſine conſirmatione Gre-
gorij irreuocabile eſſet dicti regis in fauore eccle-
ſiae, & clericorum priuilegium, tanquam non sub-
dito confeſſum, iuxta doctrinam Innocentij, in c.

Gg 2 nouit

nouit, de iudicijs, de qua in promisso superi⁹ ope
re, deo fauente, reseruo dicēdum. Solū hic addēs,
quod si iudex secularis, tertio requisitus, clericis
iustitiam deneget, iurisdictionem suā, inter alias
pœnas amittit, iuxta constitutionem Frederici im
peratoris, in collatione, 10. & habetur in authen
statuimus. in fine, C. de episc. & cler. cum alijs,
quæ contra iudicem administrationē iustitiae de
negantem, aduertunt, c. 1. de re iudicata, in. 6. de
cīs, 3. Rotæ, in tit. de rescriptis, in nouis. Puteus
in tract. de syndicatu, verb. negligentia, c. 4. nu.
4. vers. iudex denegans. Montaltus in tract. de
reprobatione sententiæ Pilati, post articulum, 4.
nu. 25. & Belluga in speculo princip. rubr. 11. §. reg
stat, 10. 2.

* Cætera verò quæ commissæ offendæ, & illate
mortis in clericos, penam tangunt, petenda erūt.
tum à citatis locis, tum, à, c. peruenit ad nos. lo. 1.
de appellationibus, à c. in quibusdam, §. facri.
de pœnis, & à, dd. in, 1. si quis in hoc genus. C. de
episcopis & clericis, & super, c. 2. de pœnit. & à
decretistis, in, c. de presbyterorum. cum seqq.
17. quæst. 4. ab Hippo. de Marsilis, in tract. ban
nitorum. verb. ab offensis. nu. 34. & à Menoch. de
arbitrar. lib. 2. casu, 389. nu. 3. 15. & seq. Pœna au
tem peccuniaria quomodo ecclesiæ, clero offen
so, eius animæ, vel relictis hæredibus sit applicā
da. tetigit Triburien. concil. de quo sub nomine
paleæ habetur, in, c. omnes presbyteri. 17. quæst.
4. est etiam text. in, c. presbyteri imperfecti de pœ
nis,

nis, gloss, verb, prorsus amittant, in. d. §, sacri, & vbi que doctores explicant, & post Host. roma. Fe lin. & Dec. quos allegat, tradit Couar. lib. 2. resolu c. 9. nu. 10. ad quos casu exigente, recurrendum erit, ne transcribere videar.

* Ex superioribus verò deducitur, in clericorū, & sacerdotum personā, commissum crimen, mixtum esse, & tam ab ecclesiastica, quā seculari potestate vindicādum, ut in terminis obseruat Ama deus in tract. de syndicatu, nu. 179. quem ad hoc (corruptè tamen) allegat Iulius Clarus, in pract. §. final. quæst. 36. nu. 47. & tradit alios allegando Hippolytus Bonacossé, inter communes, vers. clericū offendens, notatur in, c. cùm sit generale, de foro competenti, vbi Abb. nu. 1. & nu. 16. & seqq. aliqua alia crimina mixti fori enumerat. In quibus quomodo punitur ab uno iudice, possit ab alio puniri, tangit Rojas de hæreticis, part. 1. nu. 542. Baptista Villalobos inter communes, vers. cōdemnatus per iudicem ecclesiasticum. Gomes, in tomo 3. resolu. c. 1. nu. 40. & Couarr. lib. 2. resolut. c. 10. nu. 6. qui alios allegant.

* Præterea & illud constat, quod non solū poterunt clerici, & sacerdotes de suis malefactoribꝫ conqueri, citra irregularitatis notā, præmissa protestatione, quod non intēdunt ad pœnam sanguinis, iuxta, c. 1. vbi, dd. de homicidio, in. 6. & tradunt Iulius Clarus in pract. §. final. quæst. 14. nu. 3. & Couarr. d. clem. si furiosus part. 2. §. 5. nu. 1. & seqq. Verumetia omnes homines poterunt ad iu-

dicium eas iniurias, tanquam cuiuslibet proprias,
 deducere, ut dicti imperatores Archadius & Ho
 norius, in. d. l. si quis in hoc genus , dixerūt, ibi,
 Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotu
 bus, aut ministris iniurias, veluti publicum crimē
 persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quē
 enim ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem contu
P. 28 melia tanta non tangeret? c. felicis, in fin. de pæ
 nis, in. 6. Nam cūm hoc delictum in christianā
 religionem, & diuinam committitur, ideo in om
 nium fertur iniuriam, l. manicheos. C. de hæreti
 cis, c. vergentis, vbi glos. verb. grauius, eod. titu
 Et in terminis quod pro iniuria clericis & sacer
 dotibus facta, tanquam pro publico criminе, om
 nes admittantur ad accusandum: obseruat gloss.
 verb. sacris, in. l. i. §. huius studij, vbi Fulgosius,
 nu. 1. & cæteri notant, ff. de iust. & iure. Ioan. Mō
 taign in tract. de bigamia. quæst. i. nu. 7. & post
 alios, Gigas in tract. de criminè læsa maiestatis,
 lib. 2. quæst. i. nu. 3.

145 * Vnde, cūm cor regis in manu Dei est, pro
 uerbior. c. 22. l. inter claras. C. de summa trinita
 te, l. i. de consilio mortis in legibus Longobardo
 rum, & probat iudicium illud Salomonis, de di
 uidendo puerō, in. c. aferte mihi gladium, de præ
 sumptio. & aliud simile quod refert Paris de Pu
 teo, in tractatu de syndicatu, verb. Tort. c. 1. nu.
 48. in fin. vers. accedit: diuina inspiratione motū
 fuisse supradictum regem Petrum existimandum
 est, dum in allegato priuilegio, excludit à treuga
 & pace

& pace, & protectione sua eos, qui offendunt clericos, & sacerdotes, sub diuina, & humana protectione, constitutos, ut supradicta probant, &c.
44. de iurisdict. omn. iudic. in foris Valentiae.

146

* Ex quo subinfertur, quod omnia huius seculi patrocinia deesse viderentur, pro conseruando honore, & pro tuenda clerici & sacerdotis persona; adhuc tamen ad clericorum solatiū, & ad eos offendentium terrorem, considerare sufficiet, dictos sacerdotes sub speciali quadam diuina protectione esse constitutos. Si enim magna est aliorum fidelium diuina protectio, Psal. 90, ibi, Pro regam eum, quoniam cognouit nomen meū. Tantum S. Antonin. in sum. part. 2. tit. 12. c. 7. §. 1, bene sequitur, quod maxima erit diuina sacerdotum protectio, iuxta illud Psal. 113, ibi, Domus Aaron sperauit in Domino, adiutor eorum, & protector eorum est: Cum tot specialia, ultra omnes homines, sacerdotibus Deus contulerit beneficia, specialem dilectionem in hoc ostendendo.

Neque enim semel tantum, sed geminatis vicibus in sacra scriptura specialis erga sacerdotes diuinus amor, & manifesta legitur protectio, ut supra indicando loca, meminimus de illis locis: Non littere tangere christos meos, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, & qui vos spernit, me spernit, cum alijs. Vnde secundum iura fortius protectionis ius erga sacerdotes depræheditur, dicta geminatione considerata, cuius vim ad plures iuris effectus commendant. Matthesilanus in sing.

36, & ibi additiones. Marsilis,in, l. i. §. quæstionis
ex nu. 2. ff. de quæstionib. & in singula. 378. & Bru-
norius à Sole, in suo vnico cōsilio criminali.nu.ii.

147 * Vnde cūm ille quialiquē sub protectione sua
accipit, eum teneatur cum armis defendere,iuxta
gloss. in rub. de domesticis & protector.lib. ii. C.

“ ibi protector est, qui stat armatus. Tradit Bart,in
§. omnem. nu. 7. in procēm. digestorum , declarā-
do text, cum glos. in. c. recepimus.de priuilegijs,
& post alios tradit Remigius de Gonnij,in tract.de
immunita. eccl. quæst. 12. nu. 3. bene colligit san-
ctus Anacletus papa, in epistola. 2. ad episcopos

“ Galliæ , quod iniuria sacerdotum ad Christū per-
tinet. & habetur in,c. accusatio. lo. 1. in fine, 2. q.

20 7. Et idē fidelis Deus, perpetua sua, & constanti-
“ diuina iustitia, psal.ii8, ibi, Iustitia tua , iustitia in
æternum. §. 1. vbi notatur,instit. de iustit. & iure,
notoria passim omnib⁹ facit supplicia illa,quæ per
fecutoribus suorum ministrorum dignatur infer-
re; vt circa persecutores sancti Thomæ martyris
illius habet historia, & aliqua exēpla adfert Cli-
chthoueus in tract. de vita, & morib. sacerdo.c.18
vers. porro conuincitur, Frater Ludouicus Grana-
ten. in. libro, de simbolo fidei. part. 2. c.26. & Al-
fonsus Villegas, de vitis sanctorum. part. 2.tit.de
Iuda Machabeo.c.6. Quæ erunt bene aduenten-
da, vt quos suauia monita , ad honorem clericō-
rum. non mouent; acerba supplicia terreat. Ex
ijs enim, quæ diuina fauente clementia , superiū
adduxi, satis apertum fiet cuilibet, maxime autē,
cathol

catholico christiano, qualis honor, quantave reverentia ecclesiæ ministris, dominis videlicet clericis & sacerdotibus debeatur.

¶. 19. Ad sustinendas persecutiones sacerdotes præparat, anima corū insinuat, utilitatē ecclesiæ, & verū eorū honorē, in proprijs virtutibus, & immaculata vita cōsistere docet.

• Verum quia populi ea natura est, vt laudet vi
tuperio dignum, cogitet vanū, loquatur falsum,
improbet bonum, approbet malum, & extollat
infame: vt solitus erat dicere papa Ioan. 22. & post
Bergomensem in supplemento chronicor. refert
Benedictus, in quæst. an occidere peccatores lic
ceat, nū, sc̄. Et sensit laudanda glos. final. in. l. de
curionum. C. de pœnis, dum repræhendit Pilatū
sceleratum iudicem, qui ad vanas populi voces,
ipsum autorem innocentiae Dominū Iesum Chri
stū condēnauit, & tangunt Benedict. in. d. c. Ray
nūtius. verb. mortuo itaq; testatore. Io. i, ex nū;
27. & latiū Ludouic. Mōtaltus in tract. de repro
batione sententiæ Pilati, maximè post articula. nū.
30, & seq. Ideo si contemptis supra adductis, pro
honore clericorū, & sacerdotū reverentia, consi
derationibus, adhuc populus. (quod Deus auer
rat) antiquam, & depravatā odij in clericos & sa
cerdotes conseruet naturā, iuxta c. laicos. c. laici.
2. quæst. 7, & c. clericis, de immunitat. ecclie. in. 6.
non tamē ex eo deficere debent clerici, & sacer
dotes, sed potiū constantiores in sortito domini
co ministerio, permanere.

148

¶

Hh

Si enim

- 149 p. 2
- Si enim Diogenes cynicus (urbanæ quidem & notabiliter) cùm quidā ei dixisset, hi te risu prosequuntur; solum illud respondit, At ego minimè ridiculus sum, ut post Brusonium, lib. 5, c. 7. refert Conrradus Lycosthenes in quodam apophategma, tit. de risu: maiori profecto consideratione domini clerici & sacerdotes, nedum contemptū, & irrisiones, sed & iniurias à populo factas, pio, & christiano animo sustinebunt. Tantum enim abest, ut ex ijs indignentur, ut potius firmissimē credant, gloriam ex hoc & honorem eos acquirere, quod digni habitisint pro nomine Christi contumeliam pati, actuum apost. c. 5, & c. sacerdotes. 93. dist. ibi, Beati estis cùm maledixerint vobis homines: quæ sunt verba Domini apud Matth. c. 11. Non enim ex maledictione, quis benedictionem cōsequitur, sed ex patientia quā sustinet, sic enim accipitur dictum. S. August. Qui iustus est, & inge*st* iuste maledicitur, prēmium illi redditur. c. qui iustus. 11. quæst. 3. vt tradit glos. verb. maledixerint. in d. c. sacerdotes. & d. 1. si quis in hoc genus. ibi, Quibus sanctitas ignoscendi, gloriā dereliquit.
- 150 p. 3
- * Considerent ergo domini clerici, & sacerdotes antiquissimum esse, & veluti innatum odium, quod habent iniqui aduersus bonos, & religiosos viros, psal. 10. ibi, Ecce peccatores intenderūt arcū, parauerūt sagittas suas in pharetra, ut sagit tent in obscuro rectos corde. & ecclesiasti. c. 33. ibi, Contra malum bonum est, & contra mortem virtutis; sic & contra virū iustum peccator, Odiū verō præ

prædictum & causa odij constat, Sapien. c. 2. ibi,
circumueniamus iustum, quoniam inutilis est no-
bis, & contrarius est operibus nostris. Benefacit
ad hoc, 1. ad Corint. c. 2. ibi, alijs quidem odor vi-
tae in vitam, alijs odor mortis in mortem. c. Na-
buchodonosor. 23. quæst. 4. & c. vnic. §. ad ex-
hibendum, & ibi, glos. verb, bonus odor. cum
duab. seq. de sacra vñct. Ex quibus satisfactū est
famoso illo cordubensi Senecæ, (quem post S.
Hierony. & alios laudant Benedictus, in d. verb.
mortuo itaque, Io. 1. nu. 218. & Ioan. Corrasius in
libello epistolicar. quæst. c. 10. nu. 1.) dum libellū
ad Lucillum amicū scripsit, cur viris bonis mul-
ta mala accidunt: de quo meminit Lactantius Fir-
mianus, in lib. de iustitia. c. 12. & seqq.

* Ut autem nihil inopinati euētus (cuius est for-
tissimus impetus) dominis clericis, & sacerdoti-
bus circa hoc posset evenire, non solum Paulus,
2. ad Timot. c. 3. generaliter dixit, quod omnes
qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutio-
nem patientur, c. sugestum. 7. quæst. 1. sed specia-
liter hanc persecutionis viam ostendit Dominus
discipulis, per Matth. in. c. 5. dicens, Sic enim per-
secuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Et ut
persecutionis patientiam, quam verbo docebar,
facto etiam comprobasset; cùm alapam accepis-
set ab illo scelerato ministro, nihil contumeliose
locutus est. Ioan. c. 18. c. dominus noster. 93. dist.
Ad similem ergo pugnam, & aduersitatum patie-
tiam præparabat discipulos, dicens, per Matth. c.

“ 10. si pātrem familias Belzebub vocauerunt, quā
 “ eo magis domesticos eius? & per Ioan. c. 15, ibi,
 “ Si me persecuti sunt, & vos persequentur. & per
 “ Luc. in, c. 10, ibi, Ecce ego mitto vos , sicut agnos
 inter lupos.

152] * Non turbetur ergo clericorū & sacerdotum
 cor, quando ista aduenerint; sed firmissime cre-
 dat, magnam esse eo tempore diuinam misericor-
 diam. Nam istas persecuciones , & tribulationes
 ad maiorem purificationem,& virtutum exercitū
 & augmentum permittit Dominus. Licet enim de
 tractio, ex vitio detrahentiū sit : tamen iusto Dei
 iudicio excitatur, nam dum plurimi , vitam bonā
 fortasse amplius quam debent laudant, ne qua e-
 latio de laude surrepat, permittit omnipotēs De⁹,
 malos in obrectationem,& obiurgationē prorū
 pere, vt si qua culpa ab ore laudantium , in corde
 nascitur; ab ore vituperantium, suffocetur, c. oues;
 §. ipsa. c. sunt plurimi. 6. quæst. i. bonus tex. in, c.
 aduersitas, ibi, Probatio virtutis est. 7. quæst. i. &
 “ in, c. quod Christus. ibi, Tibi ad patientiam, lap-
 “ so ad correctionē. 23. quæst. 4. huc expectat illud
 cantici Zachariæ apud Luc. c. 1. ibi, salutem ex
 “ inimicis nostris, cum alijs quæ scripsit Plutarch⁹.
 in libro de vtilitate habenda ab inimicis , & Mi-
 chael Aninyon in tract. de vnitate ouilis & pasto-
 ris, c. 7. & uno verbo sensit, S. August. cuius lo-
 cū habes in, s. feria maioris hebdomadæ, in lect.
 4. vers. ne putetis gratis malos esse in hoc mundo.
 Quinimo ab hæreticis vtilitatē accipi, Sensit Apo-
 stol⁹

stol. i. ad Corint. c. ii. ibi, Nā oportet, & hæreses ..
esse, ut & qui probati sunt, manifesti siāt in vobis. ..
& allegādo, ss. Cypria. & Augu. tetigit Septima
cen. de institu. cathol. c. 31. nu. 19. & 20. Animose
ergo, ad hoc suscipiendum bellum ingrediatur sa-
cerdos, in quo non mundana arma bellica, sed to-
lerantia, & patientia victoriām præbent. Arma
enim militiæ nostræ carnalia non sunt. i. Cor. c.
10. Ex quo, sicut qui malos non tolerat, ipse sibi
testis est, quod bonus nō sit, ex S. Gregor. c. hæc
autem, 23. quæst. 4. ita è contrario clericus inter-
tentationes officio suo incumbans, gradibus ve-
nit sublimandus, ex Carthagin. concil. 4. in, can.
42. &c. d. 1. si quis in hoc genus.

* Præterea, si mittens discipulos Dominus, illi
lis dixit, nolite portare sacculum, neque peram, ..
neque calceamenta. Luc. c. 10. à fortiori armorū
vsum, ipsis prohibuisse videtur. Conuenit enim
ut clericus mundum & arma relinquat, iuxta Ma-
guntiacum concil. tempore Leonis Papæ. 3. can.
17. & ideo arma deferens, excommunicatur. c. 2. de
vita & honest. cleric. nisi iter faciens, concil. Valēt,
sub Ayala, sess. 3. c. 14. & Magunt. concil. sub Se-
bastiano, in. c. 74. Vnde ex Matiscon. cōc. i. in ca-
no. 5. inuentus cum armis clericus, triginta dierū
inclusione detentus; aqua tantūmodo, & modico
pane, diebus singulis sustentatur. Quod si arma
prohibita specialiter per pragmaticam principis
secularis, deferat clericus, grauius arbitrio Epis-
copi, secundum iura canonica erit puniendus,

non tamen seruata poena pragmaticæ, ut aduertit Couarru, in tract. quæst. c. 33. nu. 7. vers. imð. sed tamē licet ministri seculares, armatum repertum clericum punire non possint, sed remittere: poterunt tamen prohibita arma impune à clericis auferre, ex Couarr. d. nu. 7. & in lib. 2. resolu. c. 20: nu. 18. vers. 36. Arma enim clericorum, lachrymæ sunt, ex S. Ambrosio, c. conuenior. s. quid ergo 23. quæst. 8. & glos. verb. pugnandū. in. c. ex multa, s. fin. de voto. Adeò quod dixerit Hugo, quem refert gloss. final. in. c. vnum. 21. quæst. 5. quod clericus permittere se occidi potius debeat, quam quod ipse alium occidat.

* Absit tamen ut per hæc quæ dixi, existimem tollere licitam etiam à iure naturali sui ipsius defensionem, l. vt vim. ff. de iust. & iure. & c. ius naturale, ibi, violentiæ per vim repulso. dist. 1. & for. Valent. in. c. 35. incipit, si algu defenentis, de criminib. Iulius Clarus in tract. s. homicidium. nu. 24. & seqq. Sebastian. Medices in tract. de fortuitis casib. par. 1. quæst. 8. & Soto de iust. & iure lib. 3. quæst. 1. artic. 8. vbi in fine in terminis de defensione clero competente, agit. Adeò enim licita est sui ipsius defensio, ut qui inuasorem occiderit, in actu necessariæ defensionis, nullam incurrat ex eo irregularitatē, clem. si furiosus. vers. & idem, de homicidio, vbi Couar. part. 3. s. vnic.

* Quinimo illud mirabile in hac materia dixit Ioānes de Lignano, in tract. de bello. c. 87. quod clericus celebrans inuasus, poterit celebrationem dimit-

dimittere, & si se defendēdo agressorem occidat: poterit ad altare incontinenti redire, & cōceptum officium perficere. quod dictum refert & sequitur Abb. in. c. cleric. lo. i. nu. 2. de vita & honest. cleric. Marian. Socinus, & eum allegans Marsilis in. l. i. nu. 32. ff. de scarijs. Blancus in tract. crimi. in. 5. iuris permissione. nu. 2. & seqq. Sebastianus Medices, in. d. quāst. 8. nu. 27. Francis. Arias in tract. de bello, & eius iustitia. nu. 33. & tetigit, ligat affirmare nō audeat. Trotius de perfecto cleric. lib. 2. c. 25. nu. 9. pro quo videtur facere Iller den. conc. in. c. 1. de quo in. c. de his clericis. lo. 2. dist. 50.

* Interim tamen ex superioribus manifestissimē constat, iniuriarum, & aduersitatum tollerantiam, summiē esse sacerdotibus commendatam, tamque statui ecclesiastico, maximē conuenire. Sic enim verum honorem (in sola certe virtute cōsistentem) comparatum defendant, ut aduertit Auernen. concil. in cano. 15. dicens, Episcopus, presbyter, atque diaconus, tam sancta conscientia resplendeant, ut efugiant probitate actuum, maledicorum obloquia. Quod antea princeps apostolorum Petrus in epist. 1. in. c. 3. docuit, dicens, Parati semper ad satisfactionem, omni poscenti vos rationem, de ea quae in vobis est spe, & fide, sed cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam, aut in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniātur yestrā bonam in Christo conuersationem.

156

157

* Vnde subinfertur, quod ad dignitatem, & ex
cellētiam clericorum , & sacerdotum, (quam pro
tenui facultate commendādam suscepī) illud erit
principium, quod eam sacerdotes proprijs virtu
tibus, & exemplari vita acquirant, acquisitam cō
seruent, & augēant conseruatam. Nulla enim pe
nē res discipline mores ab ecclesia magis depulit,
quam sacerdotum negligentia, vt ex Tolet. concil.
aduertit Durand, in tract. de modo generalis cō
cilij celeban. part. 2. rubr. ii. nu. 3. & nemo in ec
clesia Dei nocet amplius, quam qui peruersē agēs,
nomen vel ordinem sanctitatis habet. ex B. Grot
gorio in pastorali. c. nemo. 83. dist. facit. c. nihil
in princ. de elect. & c. qui nec regiminis. 2. quæst.
7. facit glos. verb. sanctitatis. in clem. ad nostrū.
in fine, vbi Cardinalis, de hæreticis. Et ideo à ma
lis sacerdotibus, omnia mala prouenire dicebat
S. Hieronym. c. transferunt. 24. quæst. 3. & ibi
adnotat glos. verb. sacerdotes. & sentire videtur
Marquardus de Sufannis, in tract. de iudæis, &
alijs infidelibus. c. 1. nu. 4. dum agit, quorum sa
cerdotū suasionibus fuerit Dominus cruci afix⁹.
Isti enim mali sacerdotes sunt, qui infamiam infe
runt nomini Dei. ex S. Clemente Papa, libr. 2.
apostol. constit. c. 15. in fin. isti deniqz coruo equi
parantur, tum in raucedine vocis, tum in nigredi
ne vitiorum, vt dixit glos. verb. coruo, in. c. nō
omnis qui dicit, 2. quæst. 7. & Jacobatius in tract.
de concilio, lib. 1. artic. 4. nu. 5.

158

* Cum autem quod in laicis reprehenditur, id
mul.

multò magis in clericis oportet prædaminari, vt dixit Carthagin, conc. i. in. c. 13. à quo mutuauit Aquisgranen, conc. temporibus Ludouici Pij Im peratoris, in. c. 61. in fine; hinc mirandum non est, si in illud notādum exclamauerit B. Hieronym. quod vehemēter ecclesiam Christi destruat, me
 liores laicos esse, quam clericos. & habetur in, c. qualis enim, in fin. 8. quæst. 1. quod sentire mihi videtur Dominus in illa parabola de homine incedente in latrones, & semiuiuo relicto; quē nec Le uita, nec sacerdos curarunt, Samaritanus autem videns eum, misericordia mot⁹ est, vt testatur Lucas, in, c. 10. Ex quo forsan mota glos. verb. sacer dote, in. c. diaconi sunt. §. nunc autem. 93. dist. dicebat, quod multi sacerdotes non adimplent le-
 gem, & S. Chrysostomus, expressis verbis, dicebat; multi sacerdotes & pauci sacerdotes, multi
 in nomine, & pauci in opere, c. multi. 40. dist. &
 tangit Duran. in tract. de modo generalis cōciliij
 celebrandi, part. 2. rub. 2. nu. 6. Et luctuosam des
 criptionem carnaliter viuentium sacerdotum, ex
 Prospero refert Aquisgranen, conc. temporib⁹
 Ludouici Pij, in, c. 32.

* Et ideō in peccatum peccati, malus sacerdos, de 159
 sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem.
 d.c. multi. Et Aurelianen, conc. 2. in, can. 14. dice
 bat, quod clerici qui officium suū implere despiciunt, loci sui dignitate priuentur, & sentit Tole
 tan, cōc. 1. in, can. 5. vnde notabiliter dixit S. Hie
 ron. Quod grandis est dignitas sacerdotū, sed grā
 li dis

dis ruina si peccant, refert Parisiense concil. tem
poribus Greg. 4. Papæ, libr. 1.c. 11. & Lucas de
Penna, in l. vnic. nu. 7. C. de pericul. success. pa
rētis. lib. 10. Nam si sacerdos peccauerit, quis ora
bit pro eo? c. alienum. 50. dist. &c. si sacerdos,
de pœnit. dist. 1.

* Cūm autem omnes homines generaliter sum
mē debitores sunt Deo, cūm ab eo indistincte om
nes plura accipiamus beneficia, vt meminit text.
in authen. quomodo oporteat episcopos in prin.
S. Anton. in sum. part. 2. tit. 3. c. 9. §. 8. & seqq.
& Michael Aninyon in tract. de vnitate ouilis &
pastoris. c. 1. nu. 11. & seqq. Hinc est, quod sacer
dotes qui altiora, & maiora acceperunt à Domi
no beneficia (vt suprà satis probatum est.) effica
cius, strictiusque ad amorem Dei, & euangelicæ
legis custodiā erunt obligati. vt aduertit Valē
tin. concil. sub Ayala, sess. 2. c. 32. vers. cūm igitur.
Cui enim multum datum est, multū queretur ab
eo. Luc. c. 12. & in simili cōsiderabat magn⁹ Iacob,
rex. 1. in procēm fororum Valent. in princ. ibi,
“ E majorment lo deuen temer e amar los reys, te
“ mer, perque es tot poderos, & amar, per lobe
“ quans dona; car per ell regnen & han bones costu
“ mes, & maior poder, & maior riquea. Nā ex S.
August. in hoc quilibet peccator fit culpabilior,
quo est Deo acceptior. c. 1. de pœnit. dist. 1. facit
c. vilissimus. 1. quæst. 1. Dicit enim Hylarius Pa
pa, quod reatu maiori deliquit, qui potiori hono
“ re perficitur, & grauiora facit vitia peccatorum:
subli

sublimitas peccatiū, c. nullifas, in fin. 25. quæst.
t homo christiani fortiter cadit in peccato pro
 pter duas causas, aut propter magnitudinem pec-
 cati, aut propter altitudinem dignitatis. c. homo
 christianus. 40. dist. vbi glos. in verb. cadit. agēs
 de circumstantijs peccatorum dicebat, magis pec-
 cat clericus quam laicus, & magis punitur cler-
 cus quam laicus. c. duosunt. ibi, Tanto grauius
 pondus est sacerdotū. 96. dist. c. cùm quidam. ibi
 Tanto grauius vindicandum: quanto maiori pre-
 æminent dignitate, de iure iurando. &c. sane. ibi,
 Propter in curiam sacerdotum, diuina indigna-
 tio grauius exardescat, de celebrat. Missar. &c. 1.
 præsbyteri. la. 1. vers. multō magis. vbi glos. verb.
 honoris. C. de episcop. & cler. Bernar. Commē-
 sis in lucerna inquisitorum. in. cap. quedā bonæ
 cautelæ pro iudice. vers. clericī qui in hæresi. &
 Ioan. Lecirier in tract. de primogenitura. libr. 1.
 quæst. 24. nu. 29.

* Curent ergo domini sacerdotes nostri tēpo-
 ris, per viscera Iesu Christi, sanctissimos illos pri-
 mitiuæ ecclesiæ imitari, qui licet in calicibus, & va-
 sis ligneis ministrabant, eorum tamen vita aurea
 erat; ne dicatur, quod hodierni sacerdotes lignei,
 aureis vtuntur calicibus, ut ex S. Bonifacio Papa,
 meminit Triburicen. conc. in. c. 18. c. vasa. de cō-
 secr. dist. 1. & Couar. lib. 4. resolut. c. 22. in vers.
 deijs. Mundæ enim debent esse manus illæ, purū
 os, sanctum corpus, & immaculatum cor sacer-
 dotis, ad quem toties ingreditur autor puritatis.

Ex ore sacerdotis nihil nisi sanctū, & utile procedere debet verbum, qui tam saepe Christi accipit sacramentum: Oculi eius simplices & pudici, qui Christi corpus solent intueri: Manus puræ, & in cælum eleuatæ, quæ creatorem cœli & terræ solent contrectare. Nam sacerdotibus specialiter dicitur, Sancti estote, quoniā ego sanctus sum Dominus Deus vester, ut considerat Ioā. Gerson in tract. de imitatione Christi, lib. 4. c. ii. in fin. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc, quæ in alijs membris ecclesiæ vacant à culpa; in illis tandem habeantur illicita, c. omnium. 32. distinct. sensit Iustinianus, in authentic. quomodo oporteat episcopos. in princ. conc. Cartagin. in cano. 1. Aquisgranen. temporibus Pij, c. 61. in fin. & cōc. Trid. sess. 22. de refor. c. 1.

162 * Vnde postquam pro populo intercessores sunt constituti ad Dominum, curent summopere ut illius gratiā bene viuedo mereantur. Formidandum est enim, ne qui placare posse irā Dei credūtur: hanc ipsis, ex proprio reatu, mereantur. ex S. Greg. & habetur in summ. 49. dist. & in c. in grauibus. vers. cuncti. 3. q. 7. Præterea iniustum erit populum iusta expectatione, propter eorum malā vitam defraudare, ut sensit S. Clemēs Papa, lib. 4. apostol. cōstitu. c. 2. vers. habitus enim a Deo. Cūm quanto digniores fuerint sacerdotes, tanto facilius pro necessitatibus pro quibus clamāt, exaudiantur. c. ipsis sacerdotes. 1. quæst. 1. Durandus in rationali, lib. 2. c. ii. nu. 14. Accingite ergo vos & plan-

& plangite sacerdotes, v'lulate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, vt dicebat Iocel propheta, in. c.1.

* Summopere autem caueant sacerdotes, ne 163
alijs offendiculum fiant, iuxta illud Ezechielis,
c. 44. ibi, Et facti sunt domui Israel, in offendicu-
lū iniquitatis. Imò omnia sustineant, ne quod off-
endiculum dent euangelio Christi, 1. ad Corint.
c. 9. Tunc enim offendiculum fiunt illis, quando
quod verbis prædicant, moribus impugnant. Pa-
risiēse conc. lib. 1. c. 4. in fin. vnde Tolet. conc. 4.
in can. 24. sacerdotibus hoc cōmendans, dicebat,
ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operū,
disciplina, c. 1. in fin. 38. dist.

* Sacerdotum enim indignam vitam, in christia 164
na republica, potentissimam esse malorum cau-
sam, & hæresum productricem, vltra supra à me
adducta, considerat magnus humanarum, & diui-
narū literarū vir Alfon. a Castro. (quem laudat
Anto. de Padilla, in l. trāsigere. nu. 27. in medio. C.
de transact.) in tract. de iusta hæret. punit. libr. 3.
c. 5. vers. si ad sacerdotum mores. & conc. Valen.
Ayalæ, sess. 3. in initio. Sicut enim magna & salu-
taris populo fideli vtilitas ex eo existit, cùm cler-
is est, qui & doctrina, & vite morib⁹ præluceat; ex
conc. 3. Mediolan. sub Borrhomeo, tit. de ijs quæ
partim ad ordinis sacramentum. vers. magna;
sic à contrario, sacerdotum culpa, populi ruinam
generat. ex Aquisgranen. conc. temporibus Pi-
ppini, lib. 2. c. 8. conc. Meten, in c. 3. tradit Marti⁹

nus de Olaue in illa notabili oratione , quam habuit in synodo dioecesana Augustensi, anni, 1548, in vers, non estis nescij. Habetur in tomo, 5. concilior, pag. 316. Et hæreses in Germania, hanc habuisse occasionem, aduertit Laurètius Cardinalis, in cōstitutione ad remouēdos abusus, in princ. & habetur in d. tomo, 5, conciliorum, pag. 205.

- 20** Quinimō, & ipsam indignam sacerdotum vitam, causam esse contemptus, & vilitatis eorum; satis sensit apost. 2. ad Corin. c. 6. ibi, nemini dātes vltimū, Iam offensionem, vt non vituperetur ministeriū nostrum, et sentit Valent. Cōcil. sub Ayala, sess. 3. c. 16. in princ. ibi, Ne ipsorum incuria, dignitas ecclesiastica apud plebem vilescat. Et ad hoc facit vulgatum illud, notandum tamen beati Gregorij dictum, cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contēnatur. c. 2. in fin. 3. quæst. 7. glos. verb. vitæ puritate, in extrauag. execrabilis. Papæ Ioā. 2. in tit. de præb. & q̄ dixit Abb. in, c. 10annes. nu. 2. in fin. de cleric. coniuga. quod actus in honeste gestus ab uno ex clericis, redundat in virtutem perium totius ordinis clericalis. Denique manifestum est ad hoc Malachiaæ prophetæ testimoniu, in c. 2. in Dei personam dicens, Vos autem recessistis de via, & scandalizasti plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui dicit Dominus exercituum: propter quod & ego dedi vos contempti biles, & humiles omnibus populis, sicut nō seruatis vias meas, & accepistis faciem in lege.
- 165 * Vnde cum omnibus viribus, totoque conatus curan-

curādum sit, ne aliquod ministerio ecclesiastico,
tribuatur vituperium, c. significasti. §. ideoq. de
adulterijs. c. Ioannes, in fin. de cleri, coniuga, c.
ad supplicationē. §. ne verō de renuncia. Hinc Nā
neten. conc. (de quo sub nomine paleæ, habetur
in, c. quando. lo. 1. dist. 44.) in terminis nostris di
cebat, Quod sic se contineant omnes presbyteri,
vt non vituperetur ministerium illorum. & iux
ta doctrinam Pauli, idem docet Concil. Triden.
sess. 14. de refor. in procēm. vers. & iuxta. Tunc
enim in effectu quodammodo reges dicuntur sa
cerdotes, & regum honorem merentur: quando
se ipsos, & alios in virtutibus regunt, vt superiū
tetigi, ex S. Hierony. Nam qui bene præsunt pres
byteri, duplice honore digni habētur. 1. ad Timo
c. 5. Oportet igitur vt domini clericī, & sacerdo
tes vitam, & mores componentes, habitu, incessu,
vīsu, sermone, à plāta denique pedis, vsque ad ver
ticem capitis, nihil nisi graue, moderatum, ac reli
gione plenum præ se ferat. Denique, vt vno ver
bo dicam, vt & dixit Magunt. synodus sub Se
bastiano, in, c. 74. vitam viuant, quā professio eo
rum exigit. Ita enim eorum actiones, cunctis affe
rent venerationem. Nam quando extra repræhē,,
sionem pastor erit, exemplo vitæ suæ, suos disci
pulos ad facta sua, & actiones imitandas impel
let, vt dixit, S. Clemens Papa, lib. 2. apostolic. cō
stitu. c. 6. & tradit Trid. conc. sess. 22. de reform.
in, c. 1. in princ. & Valent. concil. sub Ayala, sess.
3. in initio. Erit namque hæc facilior, & efficacior,

via, ad parandam ipsis debitam, à populo reuerē
26 tiam. Nam sicut eorum indigna vita cōtemptum
 producit, vt suprā proximē tetigit; sic à contrario,
 eorum sacerdotum immaculata vita , etiam citra
 alium ornatū, honorem à populo hauriet. vt te-
 tigit Soto, de iust. & iure, lib. 9. quæst. 4. art. 1.
 vers. ijs autem. & Triden. concil. sess. 22. derefor.
 c. 1. in princ. & sess. 25. c. 14. ibi, Populusque hinc
 eos magis discat reuereri, quo illos vita honestioz
 res cognouerit.

27 20. Concordiam & vnitatem in omnibus rebus , maxime ta-
 men in ecclesiasticis officijs peragendis, commendat.

166 * Illud autem à superiori instituto non videtur

alienum, cōmendare dominis clericis , & sacerdo-
 tibus, q̄ pacem , concordiam , & vnitatem con-
 seruent. Hoc enim maximē conuenit ad honorē,
 & dignitatem ecclesiastici status; cum notoria sit
 regni diuisi ruina. Matth. c. 12. & Marc. c. 3. Ex

28 quo vnitatem coronæ aragonū, valentiae , & prin-
 cipatus cathaloniæ commendat Iacob. 2. rex , in
 priuilegio. 102. fol. 63. Nam vt est in veteri dicto,
 concordia res paruæ crescunt, discordia dilabun-
 tur. Aninyon in tract. de vnitate ouilis, & pasto-
 ris, maximē, in, c. 9. Hinc dicebat Apost. ad Gala.

c. 5. Si inuicem mordetis , & comeditis , videte ne
 ab inuicem consumamini. Aquileiæ namq; pri-

matia, quia diuisa fuit in Grandensem , ambæ de-
 solatæ remanserunt. vt aduertit Iacobatius in tra-
 cta. de concil. lib. 1. art. 1. nu. 252. In cuius confir-
 mationem plura possem cumulare, quæ dissensio-
 nem

nem reprobant, unitatem autem, & pacem commendant, ex l. vnic. C. de caducis tollendis. ibi, Belli calamitas, & ibi; pacis lenitas, priuileg. 10. 22 Petri, 2, fol. 132. Bald. in. §. hæc sunt nomina, nu. 3. de pace constantiæ, Benedict, in, d. c. Raynuntius, verb. mortuo itaque. lo, 1. num. 228. cum seq. Chassene, in, d. catalogo, part. s. consider. 16.

* Et idē licet generaliter noxiū sit, quod unitas bonis desit, ut ex S. Greg. tradit Benedict. vbi supr. nu. 236, specialiter tamen nocebit, si desit in sacerdotibus, qui non possunt bona pacis, aut mala discordiæ ignorare; cūm eorum munus sit alios pacificare, & fontes esse concordiæ, vt dixit Imperator Theodosius in epist. ad Ioannē antiochenū episcopū, habetur in tomo, 1. concil. vidēdi Alexius in oratione habita in cōc. Lateran. sub Julio, 2. in sess. 3. & Marcellus in alia oratione, in eodē conc. sess. 4. Vnde allegando Leonē Papam, Leilius Iordanus in tract. de romanæ sedis origine, c. 7. nu. 24, notabiliter in terminis nostris dicebat, quod connexio totius corporis, unanimitatē requirit; sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quod enim bonum in ecclesia Dei producit, vel super præcedentijs, vel super pecunias, & lucro, inter regulares, & seculares clericos, & sacerdotes, orta dissensio, ne dicam affectata. Hæc namq; non minimam tribuit laicis contemendi ecclesiasticos occasionem, vt experientia probat.

* Verum quia alium ista spiritum, & altiore
Kk. requiri

requireret indaginem, & scriptores etiam seruare
 debent tempus, quo aliqua scribant, vel præter-
 mittant; ex Chassen, in, d, catalogo, part, 5, con-
 siderat, 17, in vers, ex quibus; ideo de ihs particula-
 ribus sacerdotum dissensionibus, remitto ad Car-
 thagini, conc, 4, in canon, 52, habetur, in, c, dis-
 cordates clericos, 90, dist, Ad cōc, Tolet, u, can, 4,
 Ad Papam Damasum in epistola, 3, dicētem, pe-
 ius malū non est, quam vt ciues ciuibus inuidēāt,
 & sacerdotes vel clerici, sacerdotibus, vel ponti-
 ficibus insidentur, Ad Papam Joan, vt habetur in
 c, vīsis literis, vers, addidit quoque, 16, quæst, 2, Ad
 conc, Trid, sess, 25, in decreto de regula, c, 12, ibi,
 Quæ persepe maximo cum scandalo oriuntur in
 ter ecclesiasticas personas, Et ad Albericum, qui
 exemplum refert, quod in curia Romana, inter
 ordinem humiliatorum, & quosdam alios mona-
 chos, orta fuit quæstio, quis primo deberet pulsa-
 re matutinas, & trāfacto multo tēpore, & multas
 in rota expositas pecunias, determinata fuit, (&
 lepidē quidem) quod qui primō surgeret, primō
 pulsaret, de quo meminit etiam Joan, Montaig.
 in tract, de autorita, magn, cons, nu, 87, in vers,
 & plærunque, Quo solo exemplo adducto ad a-
 lia similia, & maiora facile erit arguere, vt tetigit
 Chassen, vbi supr, part, 4, consider, 68, ibi, Quo
 niam sub prætextu humilitatis, &c.

169 • Sed tamen omissa, vt dixi, ista particulari cle-
 ricorum, & sacerdotum dissensione, & cōtrouer-
 sia, solum de ea modo verba facere placet, quæ di-
 uersi-

ueritatem publicam, in sacrorum officiorum re-
citatione, & ministerio admittit. Existimo enim
quod omnimoda in hoc ministrorū ecclesiæ vni-
formitas, maximum honorem, & commodū chri-
stianæ religioni adferat. Ne autem videar in hoc
proponere indoctam fabulā, ut in simili dicitur, 2.
Petri, c. 1. vel fingere aliquid, & nouitates inueni-
re, ut est poetarum natura, teste glos. in verb. pa-
tris. in. c. quanto de iure iurādo: ideo ad hoc pro-
bandum meum institutum, aliqua adducam ma-
xime autoritatis & vrgentia loca,

* Tolet. enim concil. 4. in. c. 2. Hoc ipsum con-
siderans, matura præmissa deliberatione, ita sta-
tuit dicens, Placuit ut omnes sacerdotes, qui ca-
tholicæ fidei vnitate complectimur, ut nihil ultra
diuersum, aut dissonum in ecclesiasticis sacra-
mentis agamus: ne quælibet nostra diuersi-
tas apud ignotos, seu carnales schismatis errorem
videatur ostendere, & multis extet in scandalum,
varietas ecclesiarum. Vnus ergo ordo orādi, atq;
psallendi, a nobis per omnem Hispaniam, atque
Gallaciam conseruetur, vnuſ modus in missarum
solemnitatibus, vnuſ in vespertinis officijs, nec
diuersa sit ultra in nobis ecclesiastica consuetudo;
quia vna fide continemur, & regno. Hoc enim, &
antiqui canones decreuerunt, ut vna quæq; pro-
uincia, & psallendi, & ministrandi parem consue-
tudinem teneat.

* Præterea Tolet. Concil. ii. in. c. 3. ita habet,
Pontifices rectoresque ecclesiarum, vnum eun-
Kk 2 dem⁹

" demq; in psallendo teneant modū, quem in me-
 " tropolitana sede cognoverint institutum. Cuius
 concilij determinationem latius refert Gratianus
 in, c. de ijs qui contra, 12. dist. & in, c. seq. Præterea
 Bracarense conc. 1. in can. 19. hæc recitat verba.
 " Placuit omnibus communi consensu, vt vnuſ
 " atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vesp.
 " pertinis officijs teneatur. &c.

172 * Eandem etiam vuniformitatem & consonan-
 tiam, esse ab omnibus ecclesie ministris seruandā,
 tam in modo salutandi in Missa, quam lectioni-
 bus & alijs, statuit idem Bracharen, Concil. 1. in
 can. 20. 21. & 22. allegando ad hoc, rescriptum
 apostolicum, & sequitur synod, valent. sub Aya-
 la. action. 1. c. 10.

Et Venet. cōc. in, c. 15. talia protulit verba. Reſ
 " cū quoque duximus, vt vel intra prouinciam
 " nostram, sacrorum, & ordo psallendi vna sit cō-
 " ſuetudo, vt ſicut vnam cum Trinitatis confesio-
 " ne fidem tenemus, vnam & officiorum regulam
 " teneamus: ne variata obſeruatione, in aliquo ob-
 " ſeruatio noſtra diſcrepare credatur.

Accedat etiam, & Gerunden, concil. in, c. i. di-
 " cens, Institutio Missarum ſicut in Metropolitana
 " ecclesia agitur, ita in Dei nomine, in omni Tarra
 " conensi prouincia, tam ipsius Missæ ordo, quam
 " psallendo, vel ministrando consuetudo feruetur.
 c. institutio. de consecra. dist. 1.

193 * Prædictum etiam incōmodum, propter diuer-
 sam ecclesiārum consuetudinem, ſatis præſenſit
 conſ

concil. Nicen. i. in can. 20, dicens, Quoniam sunt in dominica die quidā ad orationē genua stectētes, & in diebus Pētecostes; propterea viique statutū est à sancta synodo, (quoniam consona, & cōueniens per omnes ecclesias custodiēda cōfuetudo est,) ut statētes ad orationē vota domino reddamus. c. quoniā, de cōsecrat. dist. 3. c. fin. 30. dist. c. scire debet, 76. dist. & meminit, ad alias etiam anni festiuitates extendēs. Couarr.lib. 4. resol. c. 19. nu. 7. Dicta autem parentesis illa, (quoniam consona, &c.) sigillū huic discursui videtur imponere.

* Ex quibus mihi persuadeo, summē esse laudā
dam dominorum primatum, & metropolitano
rū curā, si vniiformiter in cōmissis prouincijs hæc
diligenter custodiēda præcipiāt; ut idē mod⁹ ser
uetur ab omnibus, in dicenda confessione in mis
sa, & in præmittendo psalmo illo, Iudica me De⁹,
de quo Durandus in rationali, lib. 4. c. 7. nu. 1. &c. 2.
& in recitando nomine Domini Papæ, iuxta V2
sen. conc. 2. in can. 4. & sic de reliquis, ut in nō ad
mittēda dupla, cōtra calēdarij ordinem, cōcil. Va
lēt, sub Ayala, in sess. 4. c. 6. ibi, iuxta patrum statu
ta, & consuetudinem, ordo vñus, ac constans in
officiorum celebratione esse debeat, & ibi, Ma
gna in diuinis officijs celebrādis, in vna eademq
diocesi, & ciuitate varietas, ac perturbatio soleat
accidere. Recepti namque & semel aprobati ec
clesiæ catholicæ rit⁹, in nouos alios nō sunt mutā
di, ex cōc. Trid. sess. 7. de sacramentis, in can. 13. vt
līsimū nāq̄ existimō, ut etiā in minutissimis reb⁹

nulla sint schismata, sed ut omnes idem dicant, idē credant, idem sapiant: ut in simili dixit Tridenti, conc. sess. 13, in decreto prorogationis, definitio
 nis quatuor articulorū. Quæ enim ratio, pro defē
 denda aliquorum diuersa officij consuetudine, tā
 tæ efficaciæ poterit esse: quæ non vincatur per ilā
 lam dictorum conciliorum: maximè venetici, in
 illis verbis: Ne variata obseruatione in aliquo ob/
 seruatio nostra discrepare credatur? & Toletani
 conc. 4, in illis verbis, & multis extet in scandalū
 varietas ecclesiarum?

175

* Ecclesia namque catholica, quæ vna est, c. fir
 miter. §. vna verò, de summa Trinit. c. legimus,
 vers. nec altera. 93, dist. clem. 1, §. nos. de sentent.
 excommu. symbol. fidei. ibi, Et vnam sanctam
 catholicam, & apostolicam ecclesiam, extraug.
 1. de maioritate & obedientia. Cùm à Christo do
 mino intellexerit, vnum esse necessarium, Lucæ.
 c. 10. Quia non est dissensionis Deus. I. ad Corin.
 c. 14, in fin. & habetur in synodo Maguntina sub
 Rabano, c. 4. hinc intelligit, quod nimia religio.
 nis diuersitas, grauem in ecclesiam Dei confusio.
 nem inducat. c. final. de religios. domib. & teti.
 gi supr. part. 1. nu. 104. & facit Africanū concil.
 quod allegat Archid. in, c. perlectis, nu. 15, dist.
 25. Vnde intelligo, quod licet aliquando rituum
 diuersitatē dissimulet: (sic enim possent dilui om̄
 nia huic discursui contraria.) non tamē omnino
 laudat. d. clem. 1. in, §. nos igitur, ibi, Vniformita
 tem (quantum commode possumus) conseruare
 volen-

volentes. Ad epheseos enim in c. 4. dicebat Apo-
stolus, Solliciti seruare unitatem spiritus in vincu-
lo pacis, unū corpus, & unus spiritus, Sicut & vo-
cati estis in una spe vocationis vestræ, unus domi-
nus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & pa-
ter omnium.

* Ex quo subinfero christianæ religioni conue-
nire, hanc uniformitatem, & videre, & audire in
omnibus ministrorum ecclesiæ officijs, ut ultra su-
pra adducta, dixit S. Isidor⁹ in regul. ecclesiasticis
de ordine celebrandi concilij, ut habetur in tomo
1. conciliorum, pag. 4. vers. post hanc exhortatio-
nem. & Epaunen. conc. temporibus Gelasij Pa-
pæ. i. in. c. 27. Cuius rei executio superiori relin-
quenda est, quem ultra supra adducta mouere
potest, iuriconsonum esse, quod non solum alii
quid prohibetur, quia per se malum sit, sed etiam
prohibetur illud, ex quo sequi malum potest. ut
est text, in c. & si Christus. §. quædam. de iure
iurando. ubi gloss. verb. sequuntur. gloss. in verb.
destruantur. in c. quia sancta. in §. verum. 63. dist.
& gloss. verb. non fiat. in c. quidam laicorum. in
fin, de celebratione Miss. Vnde cum ex diuersis
in ecclesia consuetudinibus, ea incōmoda, & ma-
gni momenti sequantur, quæ dictum Toletanū,
& Veneticum concilium aduertunt; meritò ergo
dicendum videtur, diuersas officiorum ecclesiæ
consuetudines esse tollendas, & solam officiorum
uniformitatēm esse seruandam; cum multa per pa-
tientiam tolerentur, quæ in iudicium deducta nō

debent tolerari, c. cūm iam dudum, de præbēdis.

177 * Verum quia contra hæc quæ adduxi, facere videntur, c. cūm olim, de consuetud. ibi, secundū diuersas consuetudines, c. quoniā, de offic. ordin. ibi, secundū diuersitates rituū, c. scit sancta. 12. dist. & c. de trina, de cōse. dist. 4. tāgit Zabare, in d. c. quoniam, nu. 2. vbi. Abbas, nu. 2. in vers. nota ter tio. idem Abbas, in c. pastoralis, nu. 9. de offic. ordinat. Et facit, quod officium Gregorianū vniuersaliter est receptum, ambrosianum verò Mediolani solum permisum, vt refert Durand. in rationali, lib. 1. c. 2. nu. 5. apud quem facile reperiū tur diuersæ ecclesiarum consuetudines, maximè in procēm, nu. 14. & seqq. Ideò sint hæc dicta sub correctione ecclesiæ, & determinatione Domini Papæ, vel quando huius libelli fuerit tanta felicitas, vt ad manus, vel aures ipsius peruenier. Et feretur sanctissimum eius animum, hæc eadem cogitare, & supra adductis incommodeis opportuno remedio satisfacere, quo & decor ecclesiæ augeatur, magisque in omnibus ministrorum eius, ap pareat vnitatis.

178 9. 11. Qualiter honor sacerdotum in iudicio & extra per pra fides ecclesiasticos sit conseruandus, breviter insinuat.

* Ut autem ultimā huic materiæ de honore dominis clericis, & sacerdotibus exhibendo, (quod est principale præsentis operis institutum) manū imponam: cūm in omnibus docendus sit, non sequendus populus, c. docendus. 62. dist. glos. 1. in c. 2. de elect. & populi appellatione seculares ve
niant

